



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


GA  
104  
10


Ga 104. 10.

















# ARISTIDES QVINTILIANVS DE MVSICA.

NUNC PRIMUM SEPARATIM EDIDIT,  
E CODICIBUS MSS. RECENSUIT, EMENDAVIT, ANNOTAVIT  
ET COMMENTATUS EST

*(Enriched)*  
**ALBERTUS IAHNIUS**

DOCTOR PHILOSOPHIAE HONORARIUS, SODALIS ACADEMIAE LITTERARUM  
ET SCIENTIARUM REGIAE MONACENSIS CET.

## PARS PRIMA.



**BEROLINI**  
**SUMPTIBUS S. CALVARYI ET SOCIORUM.**

MDCCCLXXXII.

# ARISTIDIS QVINTILIANI DE MVSICA LIBRI III.

CUM BREVI ANNOTATIONE  
DE DIAGRAMMatis PROPRIE SIC DICTIS, FIGURIS, SCHOLIIS CET.  
CODICUM MSS.

EDIDIT

## ALBERTUS IAHNIUS

DOCTOR PHILOSOPHIAE HONORARIUS, SODALIS ACADEMIAE LITTERARUM  
ET SCIENTIARUM REGIAE MONACENSIS CET.

ACCEDUNT BINAE TABULAE LITHOGRAPHICAE.




BEROLINI  
SUMPTIBUS S. CALVARYI ET SOCIORUM.

MDCCCLXXXII.

Ga 104.10.

Aug. 24, 1883.

Microl fund.  
(I.)



*Μουσικὴν ποίει καὶ ἐργάζεται.*  
Plato Phaed 60. E.

## PRAEFATIO.

---

Quemadmodum ego cum iuvenis tum vir aliquantum operaे philologae praestiti perlustrandis litterarum graecarum locis minus tritis (id quod praecipue testantur haec mea scripta: S. Basilius M. plotinizans. Bernae 1838; Animadversiones in S. Basilii M. opera, Fasc. I. Bernae 1842; S. Methodii opera et S. Methodius platonizans. Hal. 1865), ita iam senex factus similem operam navare studui Aristidi Quintiliano, iudice Tib. Hemsterhusio scriptori praestantissimo<sup>1</sup>, sed eidem nimium neglecto.

---

1. Ita de Nostro iam Meibomius iudicavit in Dedicatione ad Christianam Suecorum Reginam scripta, ubi ait: »Sive scientiae, quae hic traditur, praestantiam inspiciamus, sive iudicium auctoris ubique limatum, sive ordinem admirandum, sive denique orationis venustatem cum summa perspicuitate coniunctam, dignus iudicabitur, qui cum praestantissimis scriptoribus nominis immortalitatem consequatur.« Hemsterhusius vero in Notis et emendationibus in Iamblichi Protrepticon, editis a Geilio in Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft a. 1840, num. 2. col. 16, ubi de loco Aristidis lib. III. p. 163sq. agit, Meibonium reprehendens haec de Aristide pronunciat: »De Meibomii versione nihil dicam; hic enim homo praestantissimum scriptorem pluribus in locis foede contaminavit.« Idem ibidem de Aristidis ingenio atque elegantia monet. Quod autem Clavierus, potissimum eorum rationem habens, quae Aristides libro secundo de moribus musica formandis docet, haec de eius opere dicit (v. Biographie universelle t. 2, Paris. 1811, p. 442): »Il est étonnant que cet ouvrage, plein de sages principes, d'esprit et de grâce, n'ait pas trouvé un traducteur français«, multo ma-

Etenim ex Aristidis opere de Musica tripartito, abdito ac tamquam sepulto in Marci Meibomii collectione Musicorum graecorum<sup>2</sup>, quae in dies fit rarer et carior, hactenus tantummodo particulae quaedam, videlicet prooemium, diagrammata proprie sic dicta et ea, quae ad doctrinam de rhythmo deque metris pertinent ac potissimum libro primo, cuius argumentum est technicum, continentur, a viris doctis sparsim (partim bis, ter, quater) repetitae et critices vel explanationis causa commentario aut saltem annotatione instructae fuerunt<sup>3</sup>; quae-

gis est mirum, tale opus per ducentos et triginta annos, elapsos ex quo primum adparuit, novum editorem haud esse nactum. Scilicet valuerunt de Aristide nostro quodammodo hucusque ista, quae Meibomius l. c. scripsit: »Qui superiorum seculorum barbariem et inscitiam execrantur, quibus tot paeclaris optimorum scriptorum monumenta perierunt, nostri summam negligentiam atque inertiam merito mirabuntur, quo tantus auctor negligi potuit« Quis, verbi causa, credat, I. Bekkerum, virum eruditissimum, qui sedes locorum, in eius Anecd. Graec. variis ex scriptoribus hodie editis allatorum, in Annotatione ubivis accurate indicavit, ad locum ex Aristidis Quintiliani libro I de Musica (Meib. p. 8 inf. sq.), citatum in Schol. ad Theodos. (Anecd. II p. 685), prorsus tacere Annot. p. 1142, hand aliter ac si Aristides Quintilianus sit scriptor ineditus aut nullius census?

2. Titulus libri hic est: Antiquae musicae auctores septem. Graece et latine. Marcus Meibomius restituit ac notis explicuit. Amstelod., ap. Ludov. Elzevir, MDCLII. Liber constat ex duobus voluminibus formae quartae, quorum secundum Aristidem complectitur.

3. Vid. (Guil. Cleaver) De rhythmo Graecorum. Oxon. 1789. p. 20—28 (Aristid. l. II., Meib. p. 97 med. — 100 sup. de rhythmi vi ad annum, cum nonnulla annotatione, etiam critica Tyrwhitti); Th. Gaisfordus in Hephaestionis editione l. Oxon. 1810. p. 187—201, et in edit. II. Ox. 1855. p. 201—214 (Aristid. l. l. p. 43 m. — 58 inf. de metris, cum aliqua annotatione critica potissimum Meibomii); Fried. Bellermannus: Die Tonleitern und Musiknoten der Griechen. Berol. 1847. p. 61—77 (Aristid. l. I. pagg. 15. 22. 25—28, diagrammata et quae ad ea apud Aristidem pertinent, ex codd. mss. restituta, cum iusto commentario critico; idem Bellermann p. 62 sq. not. \* commemorat commentationem

cunque autem libro secundo et tertio insunt moralia et physica (sive mavis metaphysica), pariter ac plurima, quae toto in opere ex genere grammatico et lexicographicō, etiam praeter voces technicas, notabilia sunt, a plerisque philologis, vel litteratissimis, prae Aristidis rhetoris declamationibus ad satietatem usque citatis neglecta iacuerunt<sup>4</sup>, totius operis ut facies

L. Pernei, diagramma apud Aristid. I. I. p. 15 e codd. mss. restitnre conati); R. Westphalus: *Die Fragmente und die Lehrsätze der griechischen Rhythmiker*. Lips. 1861. p. 47—63 (Aristid. I. I. p. 31s.—43m. de rhythmis, cum annotatione critica et locis parallelis ap. Martian. Capell. I. IX., adiecta, ut in reliquis, commentatione partim critica) et p. 63—65 (Aristid. I. II. p. 97m.=100s. ut supra ap. Cleaver., cum annotatione critica); Idem: *Metrik d. Griech. ed. II t. I.* Lips. 1867. Suppl. p. 26—43 (Eadem Aristidis, cum annot. crit. parum aucta); Jul. Caesar: *Die Grundzüge der griechischen Rhythmitik im Anschluss an Aristides Quintilianus erläutert*. Marb. 1861. p. 39—46 (Aristid. I. I., prooemium p. 1m.—8m., cum iusta annotatione critica, praemissa disputatione litteraria de Aristide Quintiliano deque eius opere et adiecta, ut in reliquis, commentatione partim critica), p. 46—58 (Aristid. I. I. p. 31s.—43m. ut supra ap. Westphal., cum iusta annotatione critica) et p. 58—61 (Aristid. I. II. p. 97m.—100s. ut supra ap. Cleaver. et Westphal., cum iusta annotatione critica). Idem Caesar Indicibus lectionum Academiae Marburg. a. 1862/63. p. IV—XI »Aristidis Quintiliani de metris commentarium [I. I. p. 43m.—58i. ut supra ap. Gaisford.] emendatum atque annotationibus criticis instructum praemisit«, praefatus quaedam de Aristidis aetate deque Gaisfordi opera critica.

4. Quae olim A. Schottus et P. Nunnesius in Aristide, illorum aetate nondum edito, attigerunt, nonnisi ad res et voces technicas pertinent. Similia in Aristide hi fere adverterunt philologi: ex Anglis praesertim Wallisius, praeterea, licet raro, Uptonus, Toupius, Tyrwhittus, Gaisfordus, ex Batavis Dorvillius, Santenius, ex Gallis Vincentius, Perneus et Ruelleus, ex Italis Morellius, ex Germanis Gesnerus, Heerenius, Weiskius, Heinrichius, hi quidem raro, praecipue vero G. Hermannus, Boeckhius, Bellermannus, Volckmannus, Vetterus, Marquardus, Caesar, Rossbachius, Westphalus horumque aemuli. In tanta vero philologorum turba hi tantum, quod equidem scio, in Aristide res et voces, praeter technicas, licet fere perraro, respexerunt eumque hac parte interpretari

manserit subhorrida ac vel interpunctione foeda deterrens, quam editio prima et antehac unica ostendit. Et quamvis ii, qui de theoria, de historia deque re litteraria musices Graecorum, sive ex professo sive obiter, scripserunt, Aristidem certatim ad partes vocaverint (id quod nonnulli studio laudabili fecere etiam antequam ille in Meibomii collectione Musicorum prodiret<sup>5</sup>), tot tamen in historiis philosophiae veterum, etiam novissimis, Aristides noster vix ac ne vix quidem comparet<sup>6</sup>. Quid? quod etiam qui nuperrime de educatione atque institutione apud veteres duo grandia volumina, ceteroquin docta, conscripsit, Aristidem Quintilianum ne nomine quidem

vel emendare conati sunt aut saltem citarunt: ex Anglis Langbainius, Duportus, Galeus et Davisius, ex Batavis Hemsterhusius, Valckenarius, Ruhnkenius, Piersonus et Texius (Den Tex), ex Gallis Menagius, Martinus et Vincentius, ex Italis Rosinius et A. Maius, ex Germanis Spanheimius, Wernsdorfius, Reizius, Iacobsius, Schaeferus, Boeckhius, Lobeckius, I. G. et Chr. Schneiderus, Osannus, Astius, Stallbaumius, Caesar et Deitersius, ex Helvetiis I. C. Orellius et I. G. Muellerus. Omnino de neglecto a plerisque philologis Aristide valent, quae Wytttenbachius Philomath. III. p. 295 de neglectione Plotini (recte ille suo tempore) scripsit: eum numquam in argumento grammatico citari, »ubi de verbi aut dictionis usu probando agitur, quo in iudicio is nullam omnino testimoniū dictionem habere existimatur.«

5. Hoc nomine laudandi sunt Franchinus Gaforus, Georg. Valla, Franc. Salinas et Ism. Bullialdus. Cf. Indic. codd. mss. annot. 2 et 4.

6. Excipio Roethii Historiam philosophiae occidentalis, in qua Aristidis Quintiliani testimonium aliquoties invocatur. De neglectione Nostri in rebus ad philosophiam veterum pertinentibus equidem iam questus sum in S. Basilio M. plotinizante p. 39, ubi ille in argumento philosopho cum Plotino citatur et ita a me vocatur: »scriptor πλατωνικώτατος idemque plus iusto neglectus. Quod Wytttenbachius l. c. de Plotino (recte item suo tempore) scripsit: eum ab hodiernis hominibus rarissime citari, nec nisi in argumento philosopho, Noster omnino magis etiam in aliis quam in rebus ad veterum philosophiam et religionem spectantibus citatur, quamvis id a Boeckhio, Lobeckio, Caesare, aliis aliquoties factum sit,

novisse videtur, quippe qui de praeclaris illius praeceptis ad rem facientibus ne verbum quidem faciat<sup>7</sup>.

Studui igitur Aristidis opus tantopere neglectum, at meliore luce dignum ex parte mihi obvia codicum manu scriptorum, qui tamen omnes valde recentes sunt ac notae haud optimae, recensere, a crebris mendis, quibus vel meliores codices contaminati sunt, emendando purgare et arte critica cum interpretatione utiliter copulanda pertractare.

Nam quum Aristides in dictione quidem exempla attica, imprimis Platonem, imitatus sit, in rebus autem, exceptis technicis, in quibus auctores a nobis in Introductione litteraria indicatos secutus est, largiter hauserit ex fontibus veteris philosophiae, praesertim platonicae, tam merae quam cum pythagorica conflatae, id mihi pensi dedi, ut Aristidem, Platonicum *πυθαγορικόντα*, his binis in rebus, quarum ex ignorantia magna pars corruptelarum fluxit, illustrarem eique suum honorem in historia litterarum graecarum vindicare, quo quidem in negotio studia platonica inde a iuventute culta me haud parum adiuvarunt.

Sed de hisce potissimum constabit ex Commentario, ante triennium inchoato, qui hanc meae editionis partem primam tamquam pars altera haud ita longo temporis intervallo secuturus est, si Deus, cuius clementiam, me antiquitatis studiis insenescere passi, gratissimo corde adoro, mihi plus quam septuagenario vires ac vitam porro servaverit.

---

7. Vid. L. Grasbergerus: *Erziehung und Unterricht im klassischen Alterthum*. 2 voll. Wirceb. 1864—1881, qui saltem ex iis, quae Texius, Ed. Muellerus et Caesar de illis Aristidis praeceptis docuerunt, proficere poterat. — Minus mirum est, Aristidis nec volam nec vestigium apparere in Dideroti et D'Alemberti Encyclopaedia inque Brockhausii et Meyeri Lexicis, quae a conversatione nomen habent, ac paucas lineas, quibus in Piereri Lexico universalis de Aristide mentio facta est, errore non carere.

Ibidem amplius exponetur de codicibus manu scriptis, quibus in recensendo Aristide Quintiliano usus sum, deque ratione, qua id a me factum est; interim de hisce partim iam liquebit ex infra dictis, sicut ex adiecto Indice codd. mss. Aristidis et ex annotatione textui graeco subiecta.

Nunc vero, Lector benevole, utere, fruere scriptore praestantissimo, qui quantum fieri potuit emendatus hodie primum editione peculiari lucem adspicit. Ne tamen careas Introductione, depromta ex litterarum graecarum historia, luculentam memoriam de Aristide Quintiliano, quae in I. A. Fabricii Bibliotheca graeca exstat, a me annotatione partim auctam, partim correctam, praemisi. Quod annexi Summarium libri I. et II., a Gerardo Langbainio, erudito Anglo, olim factum et in bibliotheca Bodleiana asservatum, aequi bonique consule. Iis autem, qui in posterum operam criticam Aristidi Quintiliano impendere eumque ex codicibus manu scriptis porro recensere volent, horum Index, excerptus ex Notitia codicum mss. Musicorum graecorum, quam Harlesius Bibliothecae graecae Fabricii inseruit, et a me annotatione auctus, haud parum proderit.

Meibomii versionem latinam, quae sexcentis locis corrigenda est, addere supersedi; nam qui intelligendis graece scriptis pares sunt eiusmodi fulcro non indigent, qui autem graece indocti sunt a legendō Aristide etiam latine verso abhorrebunt.

Superest, ut gratias quas habeo hoc loco agam quam maximas cunctis et singulis viris humanissimis, qui me, hominem antiquitatis studia non publice profitentem (hoc enim sive hominum sive temporum invidia prohibuit), sed privatim subsecivis tantum horis tractantem, qualicunque modo mea in opera sanequam difficulti adiuvarunt<sup>8</sup>. Ingratissimus autem

---

8. Cf. Introd. litt. annott. 20, Corollar. Introd. ann. 1, Indic. codd. mss. ann. 2. 5. 7. 14. 15. 16. 17. Praeter VV. DD. ll. cc. laudatos cum gratiarum actione commemooro Praefectos bibliothecarum Bernensis, Aroviensis, Basileensis, Genevensis, Turicensis.

mortalium sim, si non simul summa cum gratia pie recorder  
fautorum defunctorum Ludovici Sinneri, eximii quondam Philo-  
logi Bernatis, et Georgii Krabingeri, doctissimi meique, dum  
vixit, amicissimi Custodis bibliothecae regiae Monacensis, quo-  
rum ille ante hos quadraginta annos exemplar Aristidis Meibo-  
miani, a Sypsomo, docto Graeco Byzantio, tribus cum codd.  
mss. Parisiensibus collatum, mihi comparavit<sup>9</sup>, hic autem sub  
idem tempus binorum codicum Monacensium collatione accu-  
ratissime a se facta me donavit<sup>10</sup>.

---

9. Vide Indic. codd. mss. annot. 16.

10. Vide Indic. codd. mss. annot. 11.

Dabam Bernae Helvetiorum Cal. Febr. a. MDCCCOLXXXII.

**Albertus Iahnius.**

## INTRODUCTIO LITTERARIA.

(Fabric. Bibl. gr. III p. 259. 260 = ed. Harles. III p. 642. 643.)

[Pag. 642] ARISTIDES QUINTILIANUS<sup>1</sup> non post Euclidem modo, cuius geometricam canonis sectionem sequitur pag. 116 sq.<sup>2</sup>, sed etiam post Ciceronem scripsit<sup>3</sup>, ex cuius libris de Rep. quae adversus musicam disputata erant<sup>4</sup> perstringit lib. II p. 70, opponens illa his quae idem Cicero in Roscii histrionis laudem dixerat<sup>5</sup>. Porro scripsisse videtur ante Ptolemaeum<sup>6</sup>, cuius in tam longo opere non omisisset mentionem, si eius Harmonicis uti potuisset; quamquam neque alios, excepto Aristoxeno lib. I p. 22 et 23, citat Musicos<sup>7</sup>, sed tantummodo Homerum<sup>8</sup>, Hesiodum<sup>9</sup>, Platonem<sup>10</sup> et lib. II p. 106 Heraclitum<sup>11</sup>, tum vetus Oraculum de Medorum clade ad Plataeas lib. III p. 161<sup>12</sup>. Per παλαιωτέρους vero (quibus lib. I p. 21 πάντα παλαιωτάτους et p. 23 νεωτέρους opponit) atque ἀρχαίντας subinde intelligit Pythagoricos<sup>13</sup>, εις quibus in prooemio adfert θεῖον, ut ait, λόγον ἀνδρὸς σοφοῦ Πανάκμεω τοῦ Πυθαγορείου<sup>14</sup>, et illorum vestigiis passim insistit, quos lib. III p. 145 et 158 vocat σοφοὺς ἄνδρας καὶ ἀληθείας ἰχνευτάς<sup>15</sup>, et Pythagoram laudat lib. I p. 28, lib. II p. 110, lib. III p. 116. 145<sup>16</sup>. Praecipuum vero argumentum, quo M. Meibomius ante Ptolemaeum scripsisse Aristidem evincat, promit ex eo, quod lib. I p. 22 et 23 tantum meminit eorum qui cum Aristoxeno tredecim et cum aliis post Aristoxenum quindecim tonos admittebant, non eorum qui cum Ptolemaeo septem solos recipiebant tonos<sup>17</sup>. Vossius ait, Aristidem hunc memorari ab Athenaeo in Dipnosophistis<sup>18</sup>. Sed Aristoclem de Musica laudat Athenaeus et Aristoxenum, Aristidem quod sciām nusquam, et in Indice scriptorum ab Athenaeo citatorum, qui in editione Rhotomagensi exstat, pro Aristide περὶ μουσικῆς 462. 40 legendum Aristocles

*περὶ μουσικῆς*<sup>19</sup>. Ceterum Marcianus Capella ex Aristide nostro multa ad verbum in librum suum transtulit, ut Meibomio probe animadversum<sup>20</sup>, qui p. 269 monet de hiatu [in versione Marciani] et p. 208 etiam docet, accessiones libello Euclidis de Musica, in Codice Fulvii Ursini insertas, quas edidit Possevinus lib. XV. Bibliothecae selectae [t. 2 p. 226. 228. 233] ex Aristide [,non ab hoc ex Euclide aut ab utroque ex auctore antiquiore, ut Possevino visum,] descriptas esse.<sup>21</sup> Idem praestantissimus Meibomius<sup>22</sup> Ἀριστείδου Κοιντιλιανοῦ<sup>23</sup> *περὶ μουσικῆς*<sup>24</sup> βιβλία γ', Aristidis Quintiliani libros III de Musica, ad τημωτάτους ἐταίρους suos Eusebium et Florentium<sup>25</sup> scriptos, primus e codice Josephi Scaligeri, qui exstat in Bibl. publica Academicæ Lugd. Bat., etsi lacero et sexcentis locis corrupto<sup>26</sup>, edidit et latine vertit notisque illustravit, in quibus usus est apographo Seldeniano codicis Magdalenensis<sup>27</sup> Bibl. Oxon. et variis lectt. codicis Bodleiani, tum ex codice bibl. regis Galliae [P. a. g. 643] et altero Barberino loca quaedam depravatiora et diagrammata restituit, beneficio Salmasii et Allatii, qui illa cum ipso communicaverunt<sup>28</sup>. Lucem vedit Aristides Meibomii una cum reliquis<sup>29</sup> sex graecis Musicis et Marciani Capellae, quem circa Apuleii tempora vixisse putat<sup>30</sup>, libro nono, qui de musica tractat, ad binos codices mss. Leidenses recensito Amst. 1652. 4°<sup>31</sup>. *Incomparabilem antiquae musicae auctorem et vere exemplar unicum nunc primum graece et latine damus. Quicquid olim Aristoxenii de Harmonica et reliquis artis partibus docuerunt*<sup>32</sup>, *quicquid omnis antiquitas de moribus musica formandis*<sup>33</sup>, *de naturalibus rebus musicæ ab omnipotente deo constitutis adeoque de universi harmonia commentari potuit*<sup>34</sup>, *unus Aristides Quintilianus tam concinna brevitate tribus libris exposuit, ut omnium veterum musicorum disciplinam aequæ ac gloriam in suum opus congesisset videatur*<sup>35</sup>. Haec de Aristide suo Meibomius<sup>36</sup>; notat tamen p. 311 plura ἀναχολούθου orationis exempla in eo occurrere<sup>31</sup>. — Intercidit eiusdem scriptoris liber de Poetica, in quo, ut lib. II. de Mus. p. 87 testatur, accurate egerat de artis poeticae partibus, μυησει et δηγήσει<sup>38</sup>.

## ANNOTATIO.

---

1. Ita Meibomius, Fabricius et recentioris aetatis VV. DD.; Quintilianus scribunt Harlesius, Saxius Onom. lit. I p. 294, alii. Eadem est discrepantia in nomine Rhetoris, de qua M. Gesner. Praef. in Quintil. Instit. orat. § 2 iam monuit. Menagius Amoenit. iur. civ. ed. Hoffmann p. 185 formas Quinctus, Quinctius, Quinctilis et Quintilianus in veteribus denariis, inque Fastis Capitolinis extare docet, neque tamen p. 189 in nomine Quintilius offendit. Cum forma Quintilianus conspirat graeca Κοιντίλιας, de qua v. annot. 23. Fetius qui in Biographie univers. des musiciens t. 1 (Brux. 1837) p. 105 sqq. constanter scripsit »Aristide Quintillien« (sic), nomina Quintilianus et Quintillus commiscuisse videtur. (Hunc errorem idem vitavit in Historia generali musicae; altera editione Biographiae illius uti mihi non licuit). Sunt VV. DD., qui Aristidem Quintilianum solo Aristidis aut Quintiliani nomine laudant. Priorem rationem sequitur Lobeckius Paralipom. p. 56. 476 n. 24. 487. 488 n. 29; posterior placuit Anonymo, qui Historiam philosophiae paganae franco-gallice scriptam Hag. Com. a. 1724 edidit, t. 1 p. 180, et Lobeckio Aglaoph. p. 129. 385 n. o. 932 n. k. 945 et Paralip. p. 231. 261; idem tamen Lobeckius in Paralipomenis Nostrum subinde etiam pleno nomine citat. Alii VV. DD. Nostrum mox Aristidem Quintilianum, mox Quintilianum Aristidem nuncupant. Utramque rationem sequitur Possevin. Bibl. sel. (Col. Agr. 1807) p. 221. 223. Langbainius in Platonicorum — Syllabo alphabetico (post Alcinoum, Oxon. 1667) Nostrum non sub littera A, sed p. 104 sub littera Q, pleno tamen Aristidis Quintiliani nomine, laudat. Ebertus in Catalogo codd. graec. et lat. biblioth. Guelferbyt. (Lips. 1827) p. 22 lectorem sub v. Aristides ad v. Quintilianus ablegat et p. 141 Quintiliani, Aristidis, codicem ms. consignat. Vincentius, qui in Notices et extraits des manuscrits cet. t. XVI, 2 (Paris 1847) Aristidem pleno nomine citat, in Indice auctorum tam Aristidis Quintiliani quam Quintiliani (Aristidis) nomen ponit, in hoc ad illud provocans. Contra Ruelleus, qui in annotatione versionis francogallicae Aristoxeni Elementorum rhythmicorum (Paris. 1871) Aristidem nostrum pleno nomine passim citat, eundem in Indice auctorum Quintilianum (Aristidem) nuncupat. Tu v. ann. 23. — Iis, quae Fabricius initio de incerta Aristidis aetate disputat, haec praemittenda sunt, quae Fetius l. c. p. 105

ponit: »Aristide Quintillien — est plus connu par son livre que par les circonstances de sa vie. On ignore le lieu et la date de sa naissance.« Eum natione Graecum, vitae conditione libertum Romanum (M. Fab. Quintiliani, Rhetoris) fuisse et sub Hadriano scripsisse, veri est simillimum; v. ann. 23. Certiora scit O. Paulus: *Handbuch der Tonkunst* (Lips. 1873), qui p. 68 ita docet: »Aristides Quintilianus, ein griechischer musikalischer Schriftsteller, lebte um's J. Chr. 130, war aus Adria in Mysien gebürtig, Lehrer der Tonkunst in Smyrna (sic) und berühmt durch sein von Meibom herausgegebenes Werk über die Musik (vgl. dessen *Auctores septem*).« Scilicet foedo ille errore Aristidem Musicum cum Aristide Rhetore confundit. Simili personarum confusione, paribus ex nominibus orta, haec docet G. Wolfius: *Porphyrii de philosophia ex oraculis haurienda librorum reliquiae* (Berol. 1856) p. 14: »Ut [in] rhetoricae studiis Longini praceptoris exemplum secutus est, ita εἰς τὰ ἀρμονικὰ Πτολεμαῖου ὅποινημα (cuius librum I et libri II initium Wallis edidit in *Mathematicorum* tomo 3. Oxon. 1690f. max.), et πρὸς Ἀριστοτείδην libros VII (Suid.), ni fallor in Aristidis Quintiliani tres de arte musica libros, commentatus est, sicut Longini in *Hephaestonis enchiridion* extant scholia.« Commemorant sane Suidas v. *Πορφύριος* et Eudocia Violar. p. 364 Villois., quae ex Suida hausit, in scriptis illius philosophi istud: πρὸς Ἀριστοτείδην ζ. Male hunc titulum cum praecedenti apud Suidam ita commiscet L. Holsten. De vita et scriptis Porphyrii philosophi cap. 7 p. 35 ed. Cantabr.: εἰς τὸ Θουκυδίδου προσώμον πρὸς Ἀριστοτείδην ζ. In Hemsterhusii *Animadv. in Lucian. appendice*, edita a Geelio (Lugd. Bat. 1824), p. 45 sq. haec commixtio reddit et insuper male scribitur: εἰς Ἀριστοτείδην. Parisotus *De Porphyrio* (Par. 1845) p. 77 Suidae locum ita deformat: πρὸς Ἀριστοτείδην εἰς τὸ Θουκυδίδου προσώμον, quae pessima negligentia sic vertit: Aristotelem in Thucydideae historiae prooemium; voluit nempe: ad Aristidem, sicut Holstenuis l. c. vertit. Verumtamen πρός, sicut in titulo: πρὸς Ἀριστοτείδην, apud Suidam per se posito, ita saepe alias indicat refutationem cuiuspiam auctoris ac valet i. q. adversus; v. c. conf. titulos operum Porphyrii apud Suid. l. c. περὶ φυχῆς πρὸς Βόηθον. et πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ τοῦ εἰναι τὴν φυχὴν ἐντελέχειαν. quibus Suidae locis qui πρὸς verterunt ad, ab Holstenio l. c. cap. 9 p. 52 recte reprehenduntur. Contra εἰς indicat commentatorem de aliquo opere; v. c. conf. Suid. l. c. εἰς τὴν τοῦ Ιουλίανοῦ τοῦ Χαλδαίου — ἴστοριαν. εἰς τὸ Θουκυδίδου προσώμον. εἰς τὴν Μενοκίανοῦ τέχνην Aristides autem, adversus quem Porphyrius scripsit, nemo, opinor, aliis fuit, quam Aristides, philosophus Atheniensis, cuius Apologeticus pro Christianis, contextus, ut Hieronymus refert, philosophorum sententiis, adhuc Eusebii aetate, hoc ipso testante, inter Christianos divulgatus et summo in honore fuit, quam ob rem Porphyrius, acerrimus Christianorum adversarius, satis causae habuit, cur eius operis auctorem, quamvis iam sub Hadriano vixerit, sibi refutandum putaret. Sic Porphyrius adversus Boethum, Augustei seculi philosophum, quin etiam adversus Aristotelem scripsit; v. Holsten. l. c. cap. 9 p. 51 sq.

2. Meibomius Not. p. 311b (ad p. 116 inf.): »Euclides canonis sectionem geometricam primus, quod sciam, scripto tradidit; quem Aristides deinde, Boëthius aliique sunt secuti.« Idem in Praefatione (»Benevolo Lectorie«) Euclidis Harmonica celebri huius nominis Mathematico, qui circa annum 306 a. Chr. floruit, tribuens haec adiicit: »post hunc Aristidem Quintilianum colloco.« Verum enimvero illa quae feruntur Euclidis Harmonica Euclidem auctorem mentiri hodie constat. Gevaertus: Histoire et théorie de la musique ancienne t. 1 (Gandavi 1875) p. 8, commemoratis quae feruntur Euclidis scriptis musicis, Introductione harmonica et Divisione canonis, haec scite subiicit: »le dernier opuscule seul a pour auteur le célèbre mathematicien.« Idem p. 14 Euclidem Mathematicum, auctorem Divisionis canonis, merum Pythagoreum, auctorem vero Introductionis harmonicae, quem personatum Euclidem vocat, purum putum Aristoxenianum esse docet. Conf. C. de Ian: Die Harmonik des Aristoxenianers Kleonides. (Progr. Gymn. Landsberg. a. 1869/70) p. 17 sqq. et C. E. Rueelleus in Archives des missions scientifiques, Ser. III t. 2 (Paris 1875) p. 519. 576sq. Ceterum in Euclidis Divisionem canonis prorsus cadunt illa, quae Ruhnkenius Opusc. ed. Friedemann. p. 105 scripsit: »— Musica, quae et ipsa cum olim Mathesis pars esset, insignem Mathematicorum opem et auxilium experta est.«

3. Meibomius in Praefat.: »Cicerone — iuniorem [esse, ex eo manifestum est], quod hic ab ipso libro II. citetur.« Hoc argumentum certatim repetunt VV. DD.: Russavius in Dictionnaire de musique v. Musique: »Aristide Quintilien écrivoit après Ciceron«; Rosin. Prolegomm. in Philodem De musica p. 13: »cum post Ciceronem — floruisse certo certius este«; Iacobs. in notitia de Aristide Quintiliiano, inserta Encyclopaediae Erschii et Gruberi t. 5 p. 262: »Wenigstens schrieb er später als Cicero, dessen Ansichten von der Musik [tu v. annot. 4] er (L. II p. 70) widerlegt«; Fetisius l. c. p. 106: »Il est certain qu' il est postérieur à Cicéron, car il cite cet auteur dans son traité de musique (V. Aristid. Quintil. ex edit. Meib. lib. 2 p. 69).« H. Martinus in scriptione: Passage du traité de la musique d'Aristide Quintilien relatif au nombre nuptial de Platon — (Rom. 1865. 40), idque in Nota sic inscripta: »Époque d' Aristide Quintilien«, p. 10 ex laudatis ab Aristide p. 70 s. m. locis Ciceronis De republica et Pro Roscio comoedo haec concludit: »l'auteur (Noster) écrivait non seulement après l'an 106 avant notre ère, date de la naissance de Cicéron, non-seulement après l'an 77 avant notre ère, date certaine du discours de Cicéron Pro Q. Roscio comoedo, mais après l'an 55 avant notre ère, date certaine du traité de Republica.« — Sed longe angustior fit temporis terminus, post quem Aristides vixisse putandus est, si ille, quod videtur Westphalo: Die Fragmente u. Lehrsätze der griechischen Rhythmiker (Lips. 1861) p. 17, in libro II. ex Dionysio Halicarnassensi iuniore, qui testante Suida sub Hadriano (a. 117—138) Musicus claruit, profecit Sed hoc Westphalus magis optavit, quam demonstravit. Magis cautus idem: Metrik, t. 1

p. 500. Maiori quispiam iure contendat, Aristidem scripsisse post Nicomachum Gerasenum, quem Saxius et alii anno 147 assignant, Hochius vero Praef. in Nicom. Geras. Introd. Arithm. p. IV exeunte saeculo I floruisse censem. Nimirum Aristides III p. 145 sq. in declaranda natura concentus planetarum partim ipsis verbis cum Nicomacho Harm. Man. I p. 6 idem argumentum explicante consentit, id quod Meibom. Not. in Nicom. p. 44a iam advertit. Sed quum Aristides non minus quam Nicomachus plura peculiaria in eadem doctrina proferat, verisimile est, suo utrumque modo ex fonte antiquiore hausisse. Idem valet de consensu Aristidis II p. 147sqq. cum Ptolemaeo Tetrab. I, cap. περὶ ἀρσενικῶν καὶ θηλυκῶν ἀστέρων, ed. Norimb. a 1535 fol. 5b, in doctrina de natura planetarum mascula et feminina, et II p. 76i.sq. cum Hermete Trismeg. ap. Stob. Ecl. 1, 52, 41. ed. Heeren. I, 2 p. 986sq. in doctrina de natura animarum mascula et feminina. Indidem, opinor, factum est, quod Aristides libro III plura cum Ptolemaeo in Harmonicis communia habet, qua de re in Commentario dicetur.

4. Immo quae ibi musices calumniatorum contra eam declamantem facit. Cf. p. 70s. τὸν — τὰ κατὰ μουσικῆς βητορεύοντα (βηθέντα codd.).

5. Vid. Ciceronis De re publ. quae supersunt ed. A. Mai. (Stuttg. et Tubing. 1822) p. 292 — 294, ubi editor merito repudiatur commentum Meibomii Not. p. 287b verba Aristidis p. 70s. *οὐ γάρ ἔωγ' δὲ φαῖται ἐξεῖνω τὰ τοιαῦτα εἰρήσθαι*: male ita accipientis, quasi ille interpolationem in Cicerone factam suspicatus sit. Meibomii errorem H. Martinus l. c. p. 10 recoquit et interpolationis suspicionem, quae in Aristide omnino nulla, refellere frustra conatur. Quid? quod idem Meibomii errore ad definendam Aristidis aetatem ita abutitur: »Je conclus de ce soupçon d'interpolation qu'Aristide Quintilien vivait assez longtemps après la mort de Cicéron, pour qu'une interpolation pareille fut supposable. Cicéron est mort à la fin de l'année 44 de notre ère. Il me paraît très-probable qu'Aristide Quintilien écrivait depuis le commencement de notre ère.«

6. Adde Meibomii notas p. 235. Fabric. (ap. Harles.). At Meibomius l. c. primarium, quod Fabricius post tangit, argumentum profert, quo Aristidem ante Ptolemaeum vixisse comprobet; v. ann. 17. Longe latiorem temporis terminum, ante quem Aristides Quintilianus vixisse putandus sit, Meibomius in Praefat. ita ponit: »Antiquiorem esse Martiano Capella ex eo manifestum est, quod hic illius Harmonica et Rhythmica in opus suum de Nuptiis Philologiae et Mercurii transtulerit.« De aeo autem Martiani Capellae v. ann. 30. (Meibomii argumentationem repetit H. Martinus l. c. p. 11.) Etiam Albino, viro magnifico, cuius Compendium de musica Cassiodor. libro de musica laudat, Noster antiquior fuit, si quidem Meibomius Not. p. 206a. b et Wallisius Append. ad Ptolem. Harm. p. 153 recte coniiciunt, ea quae Boeth. De musica 1, 12 Albino tribuit ex Aristide hausta esse. (Nam Albinum a Boethio fortasse pro Aristide citari, nemo Wallisio credet.) Albinum autem illum Caesar: Die Grundzüge der griech. Rhythmik — (Marburg. 1861) p. 4 Martiano Capella

non seruem et verisimiliter eundem ac Ceionum Rufinum Albinum, qui a. 335 Consul fuit et philosophus appellatus est, fuisse censem. Sed quod terminum definienda aetatis Aristidis nostri a Ptolemaeo sumptum adintet, confidentius quam Fabricius, quocum H. Martinus l. c. p. 11 consentit, ita iudicat Rosin. l. c. p. 13: »Eum — ante Ptolemaeum floruisse certo certius est.« Seculorum supputatione facta, alii eum seculo p. Chr. primo, alii initio secundi vixisse putant, prout de Cl. Ptolemaei aetate statuunt; hunc enim alii ad Hadriani imperium, alii, in quibus Saxius Onom. lit., ad initium imperii Marci Aurelii ca. a. 161 referunt. Priorem opinionem Jacobs. l. c. sic exponit: »Aristides Quintilianus — scheint in dem ersten Jahrhundert n. Chr. geschrieben zu haben. Wenigstens schrieb er später als Cicero [cet. ut supra ann. 3] — und früher als Claudius Ptolemaeus (im Anfang des 2. Jahrhunderts), von dessen Verdiensten um die Theorie der Musik er noch keine Kenntniss zu haben scheint.« (Jacobium sequuntur Baehrius in Real-Encyclopädie der class. Alterthumswissenschaft. t. 1 (Stuttg. 1839) p. 758 et qui in Piereris Encyclopaedia universali t. 2 p. 140 scripsit: »Aristides Quintilianus wahrscheinlich im 1. Jahrhundert n. Chr.«) Posteriorem opinionem profert Meibomius, in Praefat. Aristidem circa tempora Plutarchi collocans, eumque sequuntur Saxius, Clavierus, Weissenbornius, alii. Saxius l. c. I p. 294 Aristidem cum Bacchio et Alypio (sic) circa a. 116 ponit, hac adiecta notula: »Scriptores musici, omnes, ut credibile est, Ptolemaeo antiquiores, quamdui incertum.« Clavierus in notitia de Aristide Quintiliano, inserta Michaudi Biographiae universalis, haec dicit: »Aristide Quintilien vivait, à ce qu'on croit, vers le commencement du deuxième siècle de notre ère, un peu avant Ptolémée.« Weissenbornius in Erschii et Gruberi Encyclopaedia Sect. I t. 81, p. 179 enarrata Meibomii opinione, p. 256 dicit, videri Aristidem seculo II vixisse. Ad Hadriani aetatem Aristidem referre videtur Bernhardyus: Grundriss der griech. Litt. t. 1 (Hal. 1836) p. 426, ubi Aristidem cum Dionysio Musico, de quo supra ann. 3, ita coniungit: » — die Theorie der Musik, mit welcher nicht wenige gelehrte Männer (unter anderen Dionysius ὁ Μουσικὸς und Aristides Quintilianus) sich beschäftigten.« Idem tamen p. 526, ubi haec ponit: »100 — 117. Plutarchus — — Aristides Quintilianus und andere Musiker — «, magis ad Saxii sententiam accedit, quocum etiam in eo consentit, quod Ptolemaeum ad Marci Antonini imperium (a. 161 — 180) refert. Tempora commiscendo Gelderus in Praemonendis ad Theon. Smyrn. Arithm. p. LI in pluribus, qui ante Theonem de musica scripserint, praeter Euclidem Mathematicum et Aristoxenum commemorat Alypium, Nostrum et Gaudentium Bacchium (sic), sed p. XIII Theonem Plutarchi aequalem facit et p. XIV sq. Ptolemaeum sub extremam Theonis vitam, Hadriano adhuc imperante, inclarescere coepisse putat. In scriptoribus musicis generatim enumerandis Franzius Comment. de Musicis graecis (Berol. 1840) p. 8 Plutarcho Aristidem comitem adiungit nec nisi interpositis Theone Smyrnaeo, Gaudentio et Alypio (sic) Ptolemaeum commemorat, certe melius quam Fetisius, qui l. c. p. CXXII auctores musicos nullo ordine

chronologico recensens Aristidem post Plutarchum, Alypium, Gaudentium Bacchium seniorem et ante Ptolemaeum ponit. (Quid idem Fetius de argumento senserit, quo Meibomius comprobare conatus est, Aristidem ante Ptolemaeum vixisse, indicavi ann. 17.) Ruelleus in *Archives des missions scientifiques*, Ser. III t. II, 2 (Paris 1875) p. 498 sq. in enumeratione, ut ait, quantum fieri potuit chronologica auctorum musicorum Aristidem quidem post Theonem Smyrnaeum et Plutarchum, Ptolemaeum vero post Aristidem, Philodemum (?), Alypium, Gaudentium, Nicomachum ponit. Misso Ptolemaeo (quem H. Martinus l. c. in *Disquisitionibus de aetate, deque vita et scriptis Ptolemaei* p. 7—9. et p. 12—14 sub Traiano, tertio anno seculi II natum esse, sub Hadriano et Antonino Pio et usque ad initia imperii Marci Aurelii vixisse et mortuum a. 167 Harmonicorum opus imperfectum reliquisse demonstravit), in omnia alia abeunt Requeno et Caesar, quamvis secum maxime discrepant. De illo Fetius l. c. p. 105 eq., commemorata opinione Meibomii, Aristidem Plutarchi aequalem facientis, ita refert: «mais d'après la doctrine qu'il a exposée dans son ouvrage et qui est celle de la plus ancienne école grecque, d'après la pureté de son style, enfin d'après sa dévotion aux Dieux du paganisme, l'abbé Requeno (*Saggi sul restabilimento dell' arte armonica* t. I p. 2, c. 10) conclut qu'il a vécu sous le règne d'Auguste, ou au commencement du suivant.» (Hanc opinionem repetit Fetius in *Histoire générale de la musique* t. 3, Paris. 1872, p. 27: «Aristide Quintilien, qu'on croit avoir vécu à l'époque du règne d'Auguste; quamquam idem parum sibi constat his locis: p. 28: »Aristide Quintilien, écrivain grec qui paraît avoir vécu dans le premier siècle de l'ère chrétienne; p. 57: »Aristide Quintilien, qui écrivait vraisemblablement son traité de musique à la fin du premier siècle ou au commencement du deuxième, et p. 160: »le deuxième livre du traité de musique d'Aristide Quintilien, écrit, selon toute vraisemblance, dans la première moitié du premier siècle de l'ère chrétienne.» De falsa ratione, qua H. Martinus Aristidem ad initium seculi I retulit, vid. annot. 5.) E contrario Caesar l. c. p. 13—21 Aristidem tertio demum seculo ac post Plotinum scripsisse iis ex argumentis conclusit, quae infra refelluntur annot. 10 et 25. Hunc tamen Westphalus, Gevaertus, alii temere sequuntur. Et Westphalus quidem: *System der antiken Rhythmik* (Vratisl. 1865) p. X Aristidem vel ad quartum seculum detrudere conatur. Quid? quod idem, ut est omnino Aristidis detrectator, in graecis scriptoribus musicis, quos sub finem imperii Romani vixisse putat, Aristidem postremo loco ponit (*Metrik der Griech.* t. I p. 85; ibid. p. VII Aristides vocatur »der späte Compilator«). Ita, si diis placet, Aristides Martiani Capellae aequalis erit; v. annot. 30. Gevaertus autem mire tricatur; nam l. c. t. I p. 15 Bacchium, Aristidem Quintilianum, Martianum Capellam et Gaudentium inter sec. III et initium seculi V vixisse generatim ponit; p. 18 Aristidem aetate posteriorem Alypio facit, quem non ante finem seculi II vixisse ex certis, ut ait, indiciis concludit; eundem p. 59 cum Alypio et Bacchio ante medium sec. III vixisse vi-

deri dicit, p. 72 initio seculi III, t. 2 p. 7 autem seculo III assignat, denique p. 86 ann. 2 post medium seculum III expresse collocat. Ceterum Possevinus l. c. t. 2 p. 221 iam eo deliravit, ut, laudatis Aristoxeno et Ptolemaeo tamquam de disciplina musica optime meritis, »orum fere interpretes esse diceret Porphyrium, Nicomachum, Gaudentium, Bryennium, Alypium, Aristidem Quintilianum (sic).

7. P. 95 inf. of *περὶ Δάμωνα*, i. e. Damo eiusque schola, commemo-  
rantur; sed Caesar l. c. p. 5 et 8 dubitat, an Aristides, quae de harmo-  
niis celeberrimi illius Musici refert, ex ipso fonte hauserit atque adeo  
haurire potuerit. Gevaertus l. c. t. 2 p. 451, ubi exultam a Damone  
doctrinam veterum Graecorum de vi musicis morali tangit et paucas  
eius doctrinæ reliquias ad nos venisse docet, in annot. 4 quaerit: »peut-on  
considérer comme tel le fameux passage d'Aristide Quintilien (p. 93—96  
[imo p. 95—96])?« Tu v. Deiters in Progr. Gymn. Duerensis a. 1870  
(De Aristidis Quintil. doctrinæ harm. fontib. P. I.) p. 4 sq. In tradenda  
doctrina de rhythmo ab Aristide p. 40 med. tamquam auctores distin-  
guuntur *οἱ συμπλέκοντες τὴν μετρικὴν θεωρίαν τὴν περὶ ρυθμῶν* et *οἱ χω-  
ριζόντες*, qua de re Gevaertus l. c. t. 1 p. 67 annot. 1, collato Westphalo:  
Metrik t. 1 p. 581—599, monet. Adde Westphal. l. c. t. 1 p. 89—98.  
Ceterum conf. quae in annot. 13 hoc pertinent.

8. Homerus saepenumero laudatur: p. 80—85 in argumento rheto-  
rico, p. 87. 88 in doctrina morali, p. 105. 106 in allegorica, quam Ari-  
stides Od. 3. 278 sqq. reperit, philosophia de animae et corporis copu-  
latione, p. 158 rursus in doctrina morali, p. 160. 162 in doctrina de fato.  
Singulos locos post Meibomium Commentarius noster indicabit, ex quo  
me hisce in annotationibus tantummodo necessaria promere expresse pro-  
fiteor. Nobilissima est Homeri laudatio, qua ille a Nostro p. 162 m. δὸς τοῦ  
παντὸς προφήτης, universi vates s. interpres, vocatur. Duportus,  
cui ceteroquin Noster haud ignotus fuit, hunc locum praetermisit in  
collectis post Gnomologiam Homericam Elogiis seu testimoniis de Homero.

9. Huius celeberrimi de virtute et vitio versus O. et D. 287—292  
p. 142 ad partes vocantur. — Ex poetis Aristides praeter Homerum et  
Hesiodum laudat Aristophanem; is enim est p. 88 i. δὸς φαιδρότατος τῶν  
*Κωμοχῶν*, cuius ad Vesp. v. 1017 alludi vidit Meibomius Not. p. 296 b, et  
quem se lectitasse Aristides prodit formis loquendi atticis Aristophani  
usitatis, v. c. crebris *χάρι*, *χάρεῖ*, *χάν*, *χάρι*, de quibus monuit Hemsterhus-  
sius Not. et emend. in Iambl. Protrept. in Zeitschrift f. d. Alter-  
thumswissenschaft. a. 1840 col. 20. Qua in re succurrit illud I. Scaligeri in Scaligeranus (Amst. 1740) t. 2 p. 17: »Aristophanes — Atticus et  
primus legendus, nec se quisquam iactat Atticismum intelligere, qui hunc  
ad unguem non teneat.« Universe de poetis haec dicit Aristides p. 4 i.:  
eos in enarrandis rebus vetustis nonnisi particula quadam musices uti  
eamque in rem Musas et Apollinem Musarum praesidem invocare; porro  
p. 14 m. eosdem dicit astrorum chorūm celebrare. Mythologiam Ari-  
stides haud semel suum in usum convertit. Etsi enim p. 4 i. profitea-

tur, nolle se exemplo poetarum fabulas antiquas enarrare, idem tamen quasdam ad musicam pertinentes fabulas suo quidem modo, id est allegorice, tractat, velut illas de Apolline citharoedo (p. 108 m.), de Marsyae certamine cum Apolline (p. 108 s. 109 i. sq.), de Sirenis (p. 108 m. i.), de instrumentis musicis, quae Apollini et Musis attribuuntur (p. 108 i. sq.), de tibiis a Minerva abiectis (p. 109 m. i.), de Pane eiusque pedo (p. 156 m.). Quomodo Aristides fabulam de Martis et Veneris concubitu et vinculis, ab Homero Od. 8, 278 sqq. narratam, allegorice explicet, indicavi ann. 8. Mythologiae et theologiae conditores N ostro sunt οἱ λόγωι p. 110 m., ubi οἱ παρ' ἔκάστοις τῶν ἀνθρώπων λόγωι testes invocantur doctrinae de numinibus pro duplici eorum ordine musica varie colendis, et p. 156 m., ubi οἱ Ἑλλήνων λόγωι fabulam symbolicam de Pane eiusque pedo exco-gitasse dicuntur. Lunae μυστικόλοι et δρυτασταὶ p. 147 m. ad testimonium vocantur in declaranda illius natura.

10. Plato, qui Nostro non simpliciter ὁ σοφός, ut Caesar l. c. p. 12 falso dicit, sed saepius etiam ὁ θεῖος, hisce locis, quorum partim Meibomius in Notis ad sedes suas revocavit, sed quos Platonis interpres fere neglexerunt, expresse laudatur: p. 22 s. ὁ θεῖος Πλάτων ἐν Πολιτείᾳ, III, 398 D; p. 68 s. ὁ θεῖος Πλάτων — ἐν Πολιτείᾳ, III, 413 E, quo p. 69 s. verbis τῶν ἐν τῇ Πολιτείᾳ ρηθέντων rursus respicitur; p. 68 i. παρὰ τῷ σοφῷ Πλάτωνι, Pol. III 413 E. 414 A; p. 71 i. τῶν ὅποι Πλάτωνος — ἐν Πολιτείᾳ χρησμῳδουμένων, VIII 565 E; p. 115 i. ὁ θεῖος Πλάτων ἐν Τιμαῷ, Tim. 36 A. B; p. 144 s. τὸ τῷ θείῳ Πλάτωνι ρήθεν, Pol. III 403 C; p. 152 s. Πλάτων, Pol. VIII 546 C; p. 153 i. ὁ θεῖος Πλάτων ἐν Τιμαῷ, p. 35 A. B. C (idem locus, in quo explicando Commentatorum discrepantias Aristides p. 154 s. refert, ab eodem rursus respicitur p. 155 i., ubi ὁ σοφὸς Plato, et p. 157 m.); p. 163 m. ὁ τοῦ θείου Πλάτωνος προφῆται, i. e. interpres divinae voluntatis apud Platonem Pol. X 617 D. Quid? quod Noster Platonis etiam non nominatim laudati sententiae imitando saepe exprimit, nec non dictioiem eiusdem sedulo imitatur. Prioris imitationis illustre exemplum deprehenditur p. 73 m. — p. 74 s., ubi docemur, civitates immutata musica labefactari; conf. Plat. Pol. IV 424 B. C, quo loco Damo Musicus tamquam auctor illius sententiae laudatur. Quae Plato Pol. IV 435 E de varia variorum populorum indeo doceat, ab Aristide p. 72 sq., ubi de vi musices in civitates et populos agit, amplificari viderunt Caesar l. c. p. 7 sq. ann. 6 et Deitersius l. c. p. 4 ann. 2. Adde ann. 5 et 16 ad Corollar. Introduct. De dictione Aristidis platonica primus monuit Tib. Hemsterhusius ap. Ruhnken. ad Timaei Lex. voc. plat. p. 254, ubi Aristides occasione verbi τευτάζω ab eo adhibiti »sedulus Platonis imitator« vocatur. De utroque apud Aristidem imitationis genere, et in sententiis et in vocibus, bene monet Deitersius l. c. Plura nos in Commentario dabimus. — Sed hoc loco haud praetereunda est quaestio de ratione, quae inter Aristidem et Platonicos intercedit. Langbainius quidem, qui inter antiquiores et recentiores Platonicos omnino non distinguit, l. c. p. 104 Nostrum universe Platonicas

ita adnumerat: »Aristides Quintilianus — libro praesertim secundo fere totus est Platonicus; Caesar vero ex vocibus et sententiis quibusdam, in schola recentiorum Platoniorum usitatis, Aristidem post Plotinum, quippe illius scholae conditorem, vixisse et Neoplatonicum fuisse concludit. Et voces quidem Aristidi cum Neoplatonicis communes hae a Caesare l. c. p. 16 commemorantur: ἐνάς, tamquam divinitatis nomen, ἐναῖος in locutione ἐναῖος λόγος. Sententias autem neoplatonicas idem l. c. p. 16—18 hasce apud Aristidem reperiri docet: de descensu animarum ad terras deque corporibus ἀδύοσιδεῖ, πνευματοειδεῖ et δυτρεώδει inde assumptis (p. 103 sq.), porro de Homero (Od. 9, 278 sqq.) allegorice explicando (p. 105 sq.), tum de daemonibus sublunaribus et aethereis diverso modo colendis (p. 110). Esto: voces et sententiae eiusmodi post Plotinum celebrabantur; num idcirco propter eundem denum in usum venerunt? Minime vero, siquidem Longinus, Plotini aequalis, apud Porphy. Vit. Plot. 20 diserte testatur, Plotinum in doctrina sua antecessores, licet ipso longe inferiores, habuisse Numenium, Cronium, Thrasillum, Moderatum. Quantulum autem, quaeso, ex operibus horum scriptorum superstes? Et quis contendere ausit, apud illos nihil eorum, quae Neoplatonicici decentant, exstisset? Immo vero, Longini testimonio innixi, pro veri simillimo habeamus necesse est, tum voces tum sententias, Plotini auctoritate a Neoplatonicis celebratas, iam diu ante Plotinum pullulasse. Tantum igitur abest, ut Aristides Neoplatonicis adnumerandus sit (id quod alii, Caesaris auctoritate freti, certatim, licet temere, repetunt, in quibus sunt C. de Ian l. c. p. 11 ann. 17, Deitersius l. c. p. 4 ann. 1 et Westphalus: Metrik t. 1 p. 86. 125), ut potius ex philosophis a Longino l. c. commemoratis aetate priores, Thrasillum, inquam, et Moderatum, secutus esse et lacunam, quae ex desperditis eorumdem scriptis orta est, cum Plutarcho aliquatenus explore censendus sit, praesertim quum idem principia pythagorica cum platonicis committere studeat, id quod Longinus l. c. philosophos supra dictos iam ante Plotinum conatos esse testatur. Nam quominus Aristidem post Numenium et Cronium vixisse censeamus, plura vetant; v. ann. 23. Quae denique Caesar l. c. p. 18 sqq. de littera T mystica apud Aristidem p. 159 ita disputat, ut eum hac in re ex doctrina Christianorum symbolica profecisse probet, nihil sunt, siquidem non christiana, sed mere graeca est sententia, quam illuc Aristides, littera T cum plectro comparata, profert, et qua docemur, deum, i. e. solem, universi plectrum esse; vide Scythinum ap. Plutarch. De Pythiae orac. c. 16 p. 402 A, Dorylaum ap. Censorin. c. 13, Varrenem ap. Non. vv. Diis et Veget, et conf. G. I Vofs. De Musice (Quat. art. popul. Amst. 1650) c. 4 § 3 p. 37, Porson. Adverss. p. 82 ed. Lips. Veritati multo propior est Caesar l. c. p. 12 sq. haec disserens: Aristidem praeter Platonem praecipue Pythagoreismum sectari inque eius placitis platonicis praesertim elementa pythagorica elucere (hinc, opinor, Westphalo: Metrik t. 1 p. 86 Aristides audit *sein neu-platonischer oder neu-pythagoreischer σοφιστής*, quamquam sophistam de suo adiecit); porro Aristidem, propter commixta ab ipso

placita platonica cum Pythagoreorum de numeris doctrina symbolica et tam theologica quam metaphysica, Platonicis pythagorissantibus adnumerari et ex opinione recepta aequalem Plutarchi haberi posse, si recentioris aevi indicia non obstant [quae tamen nulla esse nos ostendimus]; denique quasdam opiniones et locutiones apud seriores Neoplatonicos obvias probabiliter ab antiquioribus Pythagoreis novis repetendas esse, quin etiam partim ex veteri Academia, cuius inclinationem in theologiam mathematicam Epinomin testari. Adde Creuzer. Prolegomm. in Plotin. ed. Paris. p. VIII sq., qui docet, Xenocratem numerorum doctrinam pythagoricam persecutum esse et doctrina sua de daemonibus deque eorum natura et cultu ei ratione ansam praebuisse, quae post Plotinum maxime a recentioribus Platonicis frequentata sit. De allegorica Homeri interpretatione etiam a Platonicis Plotino antiquioribus exercitata v. ann. 20 ad Corollar. Introd.

11. Huius, qui Aristidi est ὁ σοφὸς Ἡράκλειτος, bina effata, reapse illa cognata, p. 106 m. excitantur: videlicet animam, quae sit lux siccā, esse sapientissimam, et animas humidas factas emori.

12. Citatur ibi pars posterior vaticinii, quod Bacidi attribuit Herodot. 9, 43, unde illud Opsopoeus in sua Oracula metrica (Paris. 1599) p. 81 retulit. Herodoti locum Meibom. Not. p. 336 b adscripsit. — Proverbiis Noster raro utitur, uno tamen ita, ut eius auctorem Aesopum, licet non nominatim, laudet; nam p. 69 m., ubi proverbiū de rumpente arcu nimium tenso significatur, ὁ σοφὸς non Homerus est aut Plato, ut Meibom. Not. p. 287 b et 334 b hariolatur, sed Aesopus; v. Phaedr. Fab. 3, 14 v. 10—13 et cf. Interpp. ed. P. Burmann. p. 209, Not. p. 69. 161. 237 sq., ubi Rigaltius apte comparat Amasis dictum apud Herodot. 2, 173; cf. illic Wesseling. Adde p. 164 sub fin. ὁδὸς οὐτω, φασί, κακῶς. et conf. Wyttbach. Anim. in Plut. Mor. p. 147 C. Omitto alia proverbia, quae ab Aristide non tamquam talia distinguuntur.

13. Fabricius h. l. non satis discernit variam rationem, qua ab Aristide *οἱ παλαιοὶ* et *οἱ ἀρχαῖοι* laudantur. Et primum quidem *οἱ παλαιοὶ* ab eo aliquoties universe veteres Graeci vocantur, sive lingua eorum respicitur, ut p. 10 m. et p. 11 m., sive educandi ratio, ut p. 64 i., sive denique mythologia, velut p. 108 m. Deinde *οἱ παλαιοὶ* in rebus musicis veteres musici intelliguntur his locis: p. 4 m. διὰ τὸ μηδένατῶν παλαιῶν ἐντελῶς τοὺς περὶ αὐτῆς λόγους μιᾶς καταβαλέσθαι πραγματεῖσ. p. 6 m. ὡς οἱ παλαιοὶ διέγνωσαν. p. 17 i. παρὰ μέντοι τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν διὰ τεσσάρων ἔχαλετο συλλαβὴ cet.; p. 18 m., ubi οἱ παλαιοὶ systemata ἀρχὰς τῶν ἥδων vocasse dicuntur; p. 28 m., ubi ἔχοντες, ἔχοντος et σπουδειασμὸς tamquam nomina τοῖς παλαιοῖς nota commemorantur; p. 43 m., ubi τενὲς τῶν παλαιῶν rhythmum marem, cantum vero feminam vocasse dicuntur; p. 114 i. λεῖμμα τοῦτο τὸ διάστημα — ἔχαλεσαν οἱ παλαιοὶ. (P. 17 i. 43 m. musici pythagorici, quorum princeps Philolaus, respiciuntur. De loco p. 17 i. cf. Boeckh.: Philolaos des Pythagoreers Lehren, p. 66. 68. Locum p. 43 m. respiciens, Is. Voss. De

poemat. cantu et virib. rhythmi (Ox. 1673) p. 14 recte docet, Pythagoricos cantum feminam, rhythmum vero marem appellasse; cf. Boeckh. De metr. Pind. p. 203. Minus verisimile est, ab Aristide, ubi in doctrina harmonica οἱ παλαιοὶ testes ab eo citantur, Damonem intelligi, id quod Deitersius l. c. p. 5 suspicatur.) Remotissimae antiquitatis musici p. 21 s. οἱ πάνυ παλαιότατοι. Veteres musici item οἱ ἀρχαῖοι p. 14 i. ὅτῳ δὲ καὶ οἱ ἀρχαῖοι συνετίθεσαν τὰ συστήματα. et p. 15 s. ἡ παρὰ τοῖς ἀρχαῖοις κατὰ διέσεις ἀρμονία. Porro οἱ παλαιοὶ universe veteres philosophi p. 1 s. τὴν τῶν παλαιῶν περὶ ἀπαν μάθημα σπουδὴν (ubi φιλοσόφων, quod plures codd. post παλαιῶν adiiciunt, scilicet est glossema). Tum ex veteribus philosophis praesertim Pythagorei οἱ παλαιοί, παλαιοί τινες et παλαιοὶ ἄνδρες (nonnunquam adiecta voce θεῖοι vel σοφοί) vocantur: sic p. 60 s. παλαιοὶ ἄνδρες καὶ θεῖοι (θεοὶ male Meib.) doctrinam de animae natura haud simplici protulisse dicuntur; p. 75 m. verbis τὰ παλαιῶς τινιν εἰρημένα significantur, quae Pythagorei de moribus cantu et rhythmo emendandis praeceperunt; p. 121 i. οἱ παλαιοὶ tamquam auctores symbolicae numerorum doctrinae laudantur; p. 153 i. παλαιοὶ τε ἄνδρες καὶ σοφοὶ placitum de anima mundi ex numeris consonis composita professi esse feruntur, simul accito teste Platone in Timaeo. Eodem pertinet, quod Aristides p. 102 i. λόγον παλαιὸν μέν, σοφῶν δὲ ἀνδρῶν vocat placitum de animae natura ex numeris composita. Pythagorei item οἱ παλαιότεροι p. 123 m. et p. 133 m. Contra p. 23 m. οἱ νεώτεροι sunt musici Aristoxeno recentiores. Denique τῶν ἀρχαίων τινὲς sunt quidam poetae veteres p. 47 n. 57 i.

14. Locus exstat p. 3 s. Meib. = p. 2, 14 sq. nostrae edit. Ibi *Πανάκεω* codd. o p 1 h g 1 m 1 m 2 (de signis codd. v. annot. ad Aristidem p. 4 et p. 9), atque sic Bullialdus ad Theon. Smyrn. Arithm. p. 214 (ubi Aristidis locus e cod. Thuan. adfertur) et ex eo Gelder. ad Theon. Smyrn. Arithm. p. 119; Fabric. Bibl. gr. I p. 498 = 512 Harl.: »Panaceus laudatur ab Aristide Quintil. Praef. Musicae.« Recepit *Πανάκεω* Caesar l. c. p. 40, 20. *Πανάκεω* Meib. cum s; Meib. in vers.: »Panacmae«, quem praeter Fabricium h. l. sequitur Rosin. l. c. Praef. p. 13: »Panacmae Pythagorei.« Gelderus l. c. voci *Πανάκεω* ap. Bulliald l. c. ista adiicit: »An *Πανάκεω*?« collato Fabricio l. c., qui tamen illuc alteram scripturam sequitur; rursus Texius (Den Tex) De vi musices — (Traj. ad Rh. 1836) p. 155: »Panacmas Pythagoreus«, Ambrosius: Gesch. d. Musik t. 1 p. 317: »Panakmos.« Recte vero Meib. Not. p. 201b praefert *πανάκεω*, quod vertit Panacea et a πᾶν et ἀξος repetitum explicat: omnibus remedium adhibens, comparato femino *πανάκεια* ap. Suid. *Πανάκεια* senarius vocatur in Theolog. arithm. p. 39 Wechel. hac ratione adiecta: δὰ τὰ περὶ δύεις προειρημένα εἰς αὐτήν (τὴν ἔξαδα dicit), quamquam statim post optio nominis *πανάρκεια* alia ex ratione datur. Osann. Auctar. lex. gr. p. 121 commemorat τὰ *Πανάκεια*, Aesculapio, ut videtur, celebrata, ap. Theodos. Gramm. p. 69. Plura Caesar l. c. p. 5 ann. 4. — Qui ab Aristide l. c. laudatur λόγος

*θεῖος Panaces*, est huius effatum de musica universitatis rerum moderatrice, quo quidem ab effato Ambrosius l. c. orditur disputationem sic inscriptam: »Die astronomische Symbolik der griechischen Musik...« Conf. infra ann. 16. Similiter p. 124 m. *θεῖός τε καὶ ἀπόρρητος λόγος* vocatur, quod p. 124—126 exponitur placitum de claudicante communione rerum terrestrium cum coelestibus et divinis. Quod autem Panaces ἀνὴρ σοφὸς vocatur, voce *σοφὸς* vel *θεῖος* a Nostro potissimum Pythagorei et Plato ornantur. De illis conf. p. 5 m. ἀνδρες θεῖοι καὶ σοφοί, p. 60 s. παλαιοὶ ἀνδρες καὶ θεῖοι, p. 102 i. λόγον παλαιὸν μέν, σοφῶν δὲ ἀνδρῶν, p. 116 m. σοφοὶ ἀνδρες καὶ ἀληθεῖας ἰχνευταί (v. ann. 15). p. 131 i., ubi θεῖοι τε ἀνδρες καὶ σοφοὶ placitum de gradibus rerum universitatis excogitasse dicuntur; p. 153 i. παλαιοὶ ἀνδρες καὶ σοφοί. Idem sunt *οἱ σοφάτεροι* in verbis p. 159 m. δ τῶν σοφωτέρων λόγος et *οἱ σοφοὶ* p. 161 s. De Platone v. ann. 10.

15. P. 116 m. *σοφοὶ ἀνδρες καὶ ἀληθεῖας ἰχνευταί*, qui ab Aristide tamquam auctores doctrinae de harmonia sphaerarum laudantur, revera sunt Pythagorei, a quibus haec doctrina profecta est. Contra p. 158 m. ἀνδρες σοφοὶ non sunt Pythagorei, ut opinatur Fabricius, sed philosophi, quos omnem animi affectum μικρὰν ἐπιλήψιαν vocasse dicit Aristides, memoria, ut videtur, falsus, siquidem Democritus et Hippocrates de συνουσίᾳ ita pronunciassent feruntur; v. Sylburg. et Collect. ad Clem. Alex. Paedag. II p. 266 Pott., Menag. ad Diog. L. 9, 43 et Interpp. Macrob. Sat. 2, 8, 16. Etiam Heraclitus a Nostro δ σοφὸς vocatur; v. annot. 11.

16. Loci a Fabricio indicati ita habent: p. 28 s. *Πυθαγόρου τῶν στοιχείων δλων ἐκθέσεις τῶν τε τρόπων τὰ κατὰ τρία γένη*. de quo loco Gevaert. l. c. t. 1 p. 423 ita disputat: »Un passage d'Aristide attribue à Pythagore l'invention des notes musicales et leur donne l'épithète de caractères de Pythagore (*στοιχεῖα Πυθαγόρου*); mais n'étant appuyé par l'autorité d'aucun écrivain antérieur, il ne saurait inspirer une grande confiance.« Dubitat etiam Volkmar. ad Plutarch. De mus. p. 65. Conf. tamen Fetisius in Hist. gén. de la musique t. 3 p. 109. — P. 110 s. Pythagoras discipulis suassisce dicitur, ut audita tibia aures tamquam flatu inquinatas abstergerent, ad lyram vero ritis carminibus (*ἐναισίοις μέλεσι*, male Meib. et codd. *ἐναιασίοις μέλεσι*) animae motus rationi contrarios expurgarent. — P. 116 s. Pythagoras moriturus discipulis μονοχοροδίειν praecepsisse dicitur; cf. Schneider. Lex. gr. v. *μονόχοροδος* et Roeth. Hist. philos. occident. t. 2 Not. p. 228. — P. 145 s. Idem anni tempora ad rationes musicas retulisse fertur; cf. Boeckh. in Daubii et Creuzeri Studiis t. 3 p. 93. — Omnino oportet teneas, quae Gevaert. l. c. t. 1 p. 72 sq. recte sic docet: »Aristide Quintilién, dans la partie non aristoxénienne de son livre, expose un système d'enseignement musical [potius systema artium musicarum], où les trois grandes divisions de Lasos [v. Mart. Cap. p. 181 sq. Meib. et cf. Gevaert. t. 1 p. 69 sqq.] sont rétablies, mais accrues cette fois d'une section nouvelle, laquelle s'occupe de la recherche des phénomènes servant

de base à la science musicale et des rapports mathématiques qui règissent les diverses combinaisons des sons. — L'introduction d'une section physico-mathématique dans le programme des sciences musicales est l'œuvre des pythagoriciens. Quod argumentum idem explicat p. 74 sq., ubi de schola pythagorica haec dicit: »Entre ses mains, la musique devint une science symbolique, occulte, réservée aux seuls initiés, embrassant dans ses spéculations transcendantes le cours des astres, la formation de l'âme humaine, tous les phénomènes du monde physique et moral enfin.« Atque hoc ipsum est argumentum libri III Aristidis Quintiliiani; v. ann. 34. Gevaertus l. c. hos testes praeter Panacem Pythagoreum apud Aristid. Q. p. 3s. [cf. ann. 14] invocat: Plat. Epin. p. 991 [E], Nicomach. [Harm. Man. ed. Meib.] p. 6. 33, Ptolem. [Harm. ed. Wallis.] 3, 3 sqq., Censorin. c. 13, Macrobius in S. Sc. 2, 1—4, Boeth. Mus. 1, 27, Bryenn. [Harm. ed. Wallis.] p. 363. 411. Praeterea conferri iubet Westphalum: Metrik t. 1 p. 64—68, Th. H. Martinum: Etudes sur le Timée t. 1 p. 383 sqq. Vincentium in Notices des MSS. [t. XVI, 2] p. 137—152. 176—194. 250—253. 406—410 et passim, denique Thimum: Die harmonikale Symbolik des Alterthums (Colon. 1868). Adde Ambrosium l. c. t. 1 p. 317 sqq. — Praeter Pythagoram et Pythagoreos, Heraclitum et Platonem, de quibus supra, Noster Aristotelem cum sua secta, licet non nominatim, sed tantum voce τινὲς usus, laudat p. 134s., ubi verbis νοῦς θύραθεν et ἐντελέχεια placita de anima in libris De Gener. Anim. 2, 3 et De Anima 2, 1 declarari Meibomius Not. p. 324b nonnisi ex parte vidit. Porro p. 141 i. sq., ubi τινὲς τῶν σοφῶν in homine θεότητα (male Meib. et codd. θεότητα) et θηριωδίαν, tamquam virtutis et vitii culmina, distinxisse dicuntur, Aristot. Eth. ad Nicom. 7, 1 respicitur. Alia, quae Noster ex aristotelica philosophia, nulla tamen auctoris significatione facta, subinde profert, hic consulto transeo, contentus de illis universe monuisse. Quaedam ex hoc genere Caesar l. c. pp. 15. 19 ann. 14 attigit. Egregiam Theophrasti sententiam de tribus musicis fontibus, laetitia, luctu, enthusiasmo (ap. Plutarch. Probl. symp. 1, 5 p. 623; conf. Rosin. ad Philodem. De musica p. 24 sq. et Tyrwhitt. ad Aristot. Poet. ed. III p. 121 sq.), Noster pariter ac Longinus (v. Apsinii et Longini Rhetorica ed. Bakius p. 146, 1 sqq. ibique Bak. p. 212 sq.) tacite suam fecit p. 65 i. 66 i. 67 s. Est etiam, ubi simpliciter posito φασὶ ad quandam doctrinam philosopham provocatur, v. c. p. 157 i. 158 s.; nec non ἔφασαν sic ponitur p. 7s., ubi Platonis et Stoicorum de voce placita tangi vidit Menag. ad Diog. Laërt. 7, 55. Aliorum ratio philosopha ἔτερος λόγος vocatur p. 103 m., ubi in seqq. Platonicorum doctrina de formatione corporis humani explicatur. Suam ipsius argumentationem Aristides locutionibus δὸς λόγος αἴρει — δείχνει p. 157 m. 158 m. more platonico declarat. — Denique etiam veteres medicos, universe commemoratos, Aristides identidem laudat: sic p. 102 s. οἱ σοφοὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν non ubique fortia remedia adhibere dicuntur; p. 106 m. quid λατρῶν παιᾶς de meningibus, deque arteriis et pul-

sibus doceant exponitur; p. 137 m. *ἰατρῶν παιδες* animo deficientes odo-ribus servasse feruntur.

17. Meibom. Praefat.: »Quicunque post Cl. Ptolemaeum de Musica scripsérunt et veterum tonos recensuerunt, quorum XIII Aristoxenus, ipso iuniores XV, Ptolemaeus VII, statuebant, huius discrepantiae auctores nominarunt.« Idem Not. p. 235 a (ad p. 23 s.) docet, »Aristidem, si post Ptolemaeum scripsisset, non praetermissurum fuisse occasionem recensendi VII tonos, quos ille dumtaxat recipiendos statuebat.« Huius argumenti summam reddit Caesar l. c. p. 5, Weissenbornius l. c. p. 179 et H. Martinus l. c. in Nota de Aristidis Q. aetate p. 11, qui Meibomii argumentationem solummodo pro valido probabili, haud pro certa habet. Quae Meibomius ibidem adiicit: »quamvis ab omni antiquitate VII aut VIII modi in usum atque praxin musurgorum tantum venerint,« a Cæsare l. c. p. 26 sq. eiusque exemplo ab aliis VV. DD. ita urgentur, ut argumentum illud Meibomii nullum esse contendant et Aristidem infra Ptolemaei aetatem deprimere conentur. Licet reprobato Meibomii argumento, Aristidem tamen ante Ptolemaeum vixisse sic statuit Fetisius in Biogr. univ. des music. t. 1 p. 106: »Cette considération n'est pas concluante; mais il y a d'autres motifs pour croire qu'Aristide est antérieur à Ptolémée: Meibomius ne les a pas aperçus.« De illis quae Fetisius significat argumentis v. ann. 6.

18. Voss. de scient. Math. [Amst. 1650] p. 94. Fabr. Errorem a Vossio commissum praecevit Meursius in Catalogo Musicorum graecorum, inserto Prolegomenis ad Musicos graecos ab eo editos, ubi de Aristide Quintiliano agens, »Hunc, inquit, esse arbitror, qui citatur ab Athenaeo.«

19. Vid. Athenae. 14, 13 p. 620 C.

20. Meibom. Praefat.: »Celebritatem — Aristidis unus ex antiquitate adseruit Marciānus Capella, qui Harmonica et Rhythmica (ut primi ob-servavimus) ex illo in Latinum sermonem transtulit. Quam feliciter, in Notis nostris interdum ostensum; certe non ubique Aristidis mentem ad-secutum esse, lector eruditus conspiciet.« Jacobs. l. c.: »Martianus Ca-pella — hat ihn [Nostrum] fleissig benutzt und mehrere Stellen seiner Abhandlung [i. e. solummodo libri I] in sein Werk de nuptiis Philologiae et Mercurii übertragen.« De ratione, quae Aristidem inter et Martianum Capellam intercedit, accuratius, licet partim secum ipse discrepans et adhaerens Westphalo: Die Fragm. u. Lehrs. d. gr. Rhytm. pp. X. 17, sic iudicat Gevaertus l. c. t. 1 p. 8: »Martianus Capella — est con-sidéré à tort comme une simple traduction de l'écrit d'Aristide;« p. 15: »Après Aristide Quintilien vient son imitateur, l'africain Martianus Ca-pella;« p. 16: »Dès les premières pages le traité de Martianus s'an-nonce comme la traduction d'un texte grec, traduction faite par un homme peu ou point usé en musique, et par suite remplie d'erreurs et de contre-sens.« ibique ann. 2: »Les principaux points sur lesquels il diffère d'Aristide sont les suivants: division des sciences musicales p. 181 Meib.; systèmes d'octaves p. 186; tétracordes, pentacordes p. 188.« Idem t. 2

p. 7 ann. 5 ad Aristid. p. 32: »Martianus Capella (p. 190. 191), selon son habitude, traduit son texte d'une manière inintelligible, et le parsème d'additions extravagantes.« Sed v. Deiters. in Progr. gymn. Duerens. a. 1870 p. 7 ac praecipue in Progr. gymn. Posoniens. a. 1880/81 (Ueber das Verhältniss des Martianus Capella zu Aristides Quintilianus), quod scriptum auctoris benevolentiae refero acceptum.

21. Idem valet de Euclidis cod. ms Leidensi, qui olim B. Vulcani fuit et a Meibomio ibidem commemoratur.

22. Manet ac manebit Marco Meibomio sua laus, quod post praeccem Meursii laborem Musicorum veterum collectionem edidit eam, quae hucusque perduravit. Qua de laude viri vide quae Marquardus ad Aristoxeni fragmenta harmonica (Berol. 1868) p. XXXIII sq., potissimum ille respiciens ad operam a Meibomio in Aristoxeni Harmonicis positam, pronunciavit. Neque tamen diffitendum est, Meibomium interiore cognitione linguae et litteraturae graecae haud polluisse ideoque negotium critices et interpretationis mediocriter exercuisse. Qua de re eruditii Batavi iam questi sunt. Hemsterhusii iudicium de opera a Meibomio in Aristide collocata cognoscas ex annot. 1 Praefationis nostrae. Piersonus ad Moer. Attic. p. 14b. Koch. acumen Meibomii, Not. p. 338b apud Aristid. p. 164, ubi imperativus atticus ἔχόντων occurrit, invitis codicibus διέτωσαν coniicientis, iure meritoque perstringit, hisce insuper adiectis: »Nimirum huic mandes, si quid recte curatum velis.« Dorvillius Animadv. in Charit. p. 602 Beck., ubi de lacunarum supplementis, e codd. mss. contextui novarum editionum inserendis, monet, haec ponit: »Miror, aliam inter alias viam secutum fuisse M. Meibomium in Musicis auctoribus, et contentum plerumque fuisse, ea in notis exposuisse.« Sed hac culpa Meibomius in Aristide quidem liberandus est, siquidem ille collationes codicum oxoniensium, qui multas lacunas codicis Scaligerani explent, demum post editum fere ex isto codice Aristidem nactus est, unde coactus fuit codicum oxoniensium supplementa in Notis exponere; v. annot. 28. Mitius quam Batavi, sed reapse cum iis consentiens Iacobsius l. c., commemorata editione Meibomiana Aristidis Quintilianni, sic iudicat: »— mit kritischen Anmerkungen, die noch vieles zu wünschen übrig lassen.« Idem ad Achill. Tat. p. 401 Meibomium Not. p. 202b in verbis Aristidis I p. 4m ηδη δὲ καὶ ἡμῖν ἐκτέον τοῦ πρόσω cet. (Meib. ἀρχτέου, τὸν πρόσω cet.) »mirre trepidare« dicit. Adde Westphal.: Die Fragm. u. Lehrs. d. gr. Rhythm. p. 17 et Caesar l. c. p. 2. Fetisius l. c. p. 107, mentione facta eorum quae Meibomius in Praefatione de codicibus mss. a se adhibitis refert (v. infra ann. 28), hoc de eo fert indicium, potissimum rationem notans, qua Meibomius diagrammata apud Aristidem tractavit: »L'identité des textes dans les bons manuscrits aurait dû éclairer Meibomius sur la nécessité de les étudier avec soin pour en saisir le sens; mais arrêté en plus d'un endroit par des difficultés qu'il ne pouvait surmonter, il se persuada légèrement que ces passages avaient été corrompus par les copistes, et il leur substitua des corrections, qui sont

autant d'erreurs.« Dein haec citat, quae Meibomius de suis codd. mss. iudicat Not. p. 224a: »Ita inter se convenient, ut ab uno omnes manasse non difficulter perspiciat, et Praef. »Ab his ferme alia ratione non sum adiutus, quam quod sua auctoritate vetera ubique menda confirmarent.« Ad quae Fetisius: »Préoccupé de l'idée de ces fautes prétendues, il a changé le sens de plusieurs phrases importantes, et a substitué à un exemple curieux d'une notation très ancienne de la musique grecque [p. 15] les signes plus modernes de la notation d'Alypius.« Qua de re, sicut p. 59 v. Alypius, provocat ad Perneum in Revue musicale t. 3 p. 481 — 491. Sed v. omnino Bellermannum: Die Tonleitern u. Musiknoten d. Griech. (Berol. 1847) p. 62 sqq. et Ruelleum in Archives des missions scientifiques Ser. 3 t. II, 2 (Par. 1875) p. 566 sq.

23. *τοῦ* ante *Κοῦντ.* omittunt codd. s m2, Meib. cum s; addunt *τοῦ* codd. o p1 g h l ml (de signis codd. v. annot. 14), praeterea vatic. ricard., scorial., monac. august. 418, vindob., de quibus v. Indic. codd. mss. ann. 6. 8. 11. 15. *Ἀριστείδης ὁ κούντιλιανὸς* (sic) in Excerptis cod. marcianni (v. Ind.; codd. mss. ann. 5) f. 1 r. Meibom. Not. p. 199 a scripturam *τοῦ Κ.*, e codd. regg. pariss. et oxon. ipsi communicatam, male vocat soloecismum non ferendum eiique diffidet, quod v. c. *Κλαύδιος Πτολεμαῖος*, non *Κλαύδιος ὁ Πτ.* dicatur, diversa autem sint *Ἀλέξανδρος ὁ Φιλέππου, Πτολεμαῖος ὁ Λάγον*. Atqui, si praeente Caesare l. c. p. 39 articulum recipias, ex genitivis *Ἀριστείδου τοῦ Κοῦντιλιανοῦ* nomen *Ἀριστείδης ὁ Κοῦντιλιανὸς* emergit, in quo bina nomina, graecum *Ἀριστείδης* et latinum *Koūntiliānōs*, i. e. Quintilianus, copulata vides. Nam quod Meibom. in Collectan. mss. in bibl. civit. Hamburg. asservatis, de quibus v. Indic. codd. mss. annot 14, ista scribit: »num Romanorum Quintilianus, videatur, certe *Κοῦντιλιανὸς* idem est ac Quintilianus, quemadmodum nomen Quintus graece *Κοῦντος, Κούντος, Κόντος* pronunciatur, siquidem omnino Graeci litteram Q littera K reddunt; v. Syllog. scriptor. de linguae gr. pronunciat. ed. Haverkamp. p. 79 sq. et P. Horreum Miscell. crit. Prooem. p. XIX. Qui autem factum, ut Graecus, cui nomen *Ἀριστείδης* fuit, nomen romanum Quintiliani adscisceret? Videlicet libertus, natione et nomine Graecus, solemni apud Romanos usu heri nomine appellatus fuit, et *Ἀριστείδης ὁ Κοῦντιλιανὸς* reaperte idem est atque *Α. ὁ ἐπίκλητος Κ.* sive *Α. ὁ καὶ Κ. χαλούμενος* ea ellipsi, de qua v. Bos. p. 213 sq. 885 Schaeff. Byzantinis tamen Noster audit *ὁ Κοῦντιλιανὸς Ἀριστείδης* (corrupte *ὁ Καυτελ. Α.*, v. ann. 36) usu magis romano, quo heri nomen primo, nomen liberti secundo loco poni solet. Vid. Salmas. Comm. in Arnob. in S. Hippol. Opp. ed. Fabric. t. 2 p. 128 et Cannegieter. Diss. de Fl. Aviano (post Av. Fab.) c. 8 p. 260. De hisce nihil suboluit Caesari, qui l. c. p. 2 nomina *Σχεπίων ὁ Αἰμιλιανός, Δίων ὁ Κοκκηλιανὸς* comparat, neque plus proficit H. Martinus l. c. p. 11, qui, recte praemissis hisce: »Des deux noms d'Aristide Quintilien, le premier est grec et le second est romain,« ita pergit: »Cette réunion d'un nom grec et d'un nom romain est rare avant l'époque d'Auguste, et très fréquente sur-

tout depuis l'avénement des Antonins (voyez mon Mémoire Sur Oppien de Cilicie, p. 31, note 130).« Non est autem, cur mireris, scriptorem nostrum libertum fuisse. Quum enim vel servi interdum litteris et philosophia imbuti fuerint (v. Gell. 1, 26. 2, 18), magis etiam (sicut A. Schott. Obss. hum. 2, 19 p. 57 sq. docet) »pererudit exstitere liberti, scriptis etiam clari, Ciceronis quidem Tiro, Augusti Hyginus, Tiberii [immo item Augusti] Phaedrus, Hadriani Phlego Trall., et alii Suetonio commemo-rati.« Accedant liberti P. Terentius Terentii Lucani, Erotes Virgilii, Zosimus Plinii iunioris. Cuiusnam autem Quintiliani Romani Aristides Graecus fuit libertus? Aimerichius in Specim. vet. rom. litteraturae (Ferrar. 1784) P. II p. 81, quum egisset de M. Fab. Quintiliano eiusque patre et avo, »Ignoro, inquit, an ex hac gente fuerit Aristides Quintilianus, qui de Musica graece scripsit.« Perduravit quidem Quintiliano-rum nomen ad seriora Imperii tempora; attamen veri est simillimum, Aristidem nostrum libertum fuisse M. Fab. Quintiliani rhetoris, qui sub Flavii floruit, sed usque ad initia Hadriani vixit; nam Aristides haud uno loco operis sui mire quam consentit cum illo in iis quae in Institut. orat. de musica deque optima educandi ratione docentur; qua de re in Commentario dicendi copia erit. (Commentum eius, qui Nostrum pro filio Quintiliani rhetoris habendum duxit, merito respuit Caesar l. c. p. 3 ann. 1.) Porro scripsisse Aristidem Hadriano imperante, conclusas ex eius verbis, a Caesare l. c. p. 21 sq. frustra elevatis, p. 75 i. νννὶ δὲ τοσαύτης ἐπιπολαζόντης φιλομουσίας, quae in Hadriani aevum prorsus cadere ex historia litterarum apparet, quamvis Aristides adiectis verbis: δεῖ γάρ εὐφημεῖν, haud obscure significet, se illum, quem tangit, Mu-sarum artiumque amorem haud pro genuino, sed pro facticio habere. Quod Rossbachius: Griech. Rhythmis (Lips. 1854) p. 101 et Benloevius: Des rythmes grecs (Par. et Lips. 1863), permoti rationibus musicis, Aristidem ad aetatem eius poetae retulerunt, qui celebrem hymnum doricum in Solem scripsit, ille hymnus cum nonnullis aliis vulgo Diony-sio cuidam adtribuitur, quem sub finem sec. III vixisse putant; sed Bergkius Antholog. lyr. gr. ed. II p. XCIV ostendit, hymnos illi Dio-nysio adscriptos re vera esse Mesomedis, qui sub Hadriano floruit. Ce-terum, ut agnoscas, Aristidem, licet natione Graecum, tamen interiorem notitiam tum historiae tum rei litterariae et militaris Romanorum hau-sisse, comparanda tibi sunt, quae ille p. 71 i. — 74 s. disputat.

24. De hac inscriptione Fetisius c. l. p. 106: »L'ouvrage d'Aristide n'a qu'un titre général qui en indique peu la nature: ce titre est *περὶ μουσαῖς* (Sur la musique).« Falso Langbainius l. c. p. 104 Aristidis opus tamquam eius Harmonica laudat, quum tamen eius doctrina harmonica tantummodo particulam libri I efficiat; v. ann. 32. De argu-mento totius operis v. Meibom. ap. Fabric. in seqq. ibique ann. 32—35.

25. Haec nomina Iacobsium quidem (at quam sagacem virum) mi-nime impediverunt, quominus verisimile putaret, Aristidem Quintilianum primo p. Chr. seculo scripsisse; sic enim ille l. c.: »Aristides Quintilianus,

Verfasser eines Buches über die Musik, welches er zwei Freunden, Eusebius und Florentius, gewidmet, scheint in dem ersten Jahrhundert n. Chr. geschrieben zu haben.« Caesar vero l. c. p. 13 sqq. hisce ex nominibus conclusit, Aristidem tertio demum seculo vixisse. Invaluit sane nomen Φλωρέντιος aevo byzantino (Nicephori Gregorae dialogum hoc nomine inscriptum ego ipse primus edidi); sed idem nomen antea haud prorsus inusitatum fuisse ex analogia consequitur. Ac simplex quidem Flori nomen tam stante adhuc Republica romana, quam sub Imperio in usu fuit (v. Aimerichius l. c. P. I p. 145); Florentii autem nomen, quamvis non congenerum, at geminum tamen est notis in Republica romana nominibus Cluentii, Terentii, Iuventii, quorum duo posteriora in Imperio romano perduraverunt (cf. Terentii, laudati ab Aimerichio l. c. P. II p. 134 sq., et P. Iuventius Celsus, Ictus a. 129, ap. Sax. l. c. I p. 300); sed plane eiusdem generis haec sunt nomina; Iubentius ap. Plin. Ep. 4, 5 p. 207 Gesn., ubi variatur Iuventius (Gesnerus scite: »Iubentius haberet formam Vincentii, et Venantii, et Vigilantii etc.«); Licentius, quod fuit nomen poetae, qui sub Hadriano floruit (Aimerich. l. c. P. I p. 193). Eusebii vero nomen, quod Caesar apud Christianos demum neque ante seculum III in usum venisse opinatur, iam ἐθνικὸν fuit, non minus quam nomina Τεμόθεος, Θεόφιλος, sim. Recte Valckenar. Opuscc. t. 2 p. 138: »Vulgo – Christiani imprimis ominis erant in nominibus propriis captandi studiosissimi; et iam antiquissimo aevo Graeci nomina etiam bene ominata consecabantur. Plato Crat. p. 397 B. πολλὰ ὄσπερ εὐχόμενοι τίθενται, οἷον Ἔδυτοιδην καὶ Σωστάν καὶ Θεόφιλον, καὶ ἄλλα πολλά.« Exstant apud Io. Stobaeum Eusebii cuiusdam fragmenta, ionica dialecto scripta et potissimum ad morum doctrinam spectantia. Quem quidem auctorem Heerenius Comment. de fontibus Eclogarum Io. Stobaei (Eclog. phys. et eth. II, 2) p. 198 eodem errore, in quem Caesar incurrit, Christianum propter nomen videri posse opinatur; attamen idem, a se ipse dissentiens, propter epictetae doctrinae vestigia in Eusebii fragmentis obvia recte suspicatur, eum ex Stoicorum, ipsius forte Epicteti schola, produisse. Omnino perparum verisimile est, Christianum fictitia dialecto ionica de morum doctrina scripsisse. Huc accedit, quod Eusebii nomen etiam invalescente religione christiana apud gentiles in usu permansit; nam certe gentiles fuere, quos Aimerich. l. c. P. I p. 134 excitat, Eusebius rhetor, unus ex interlocutoribus in Macrobii Saturnalibus, et Eusebius medicus laudatus a Symmacho.

26. Huius codicis mentionem parum honorificam ante Meibomium iam fecit Meursius l. c., ubi de Aristide Quintilianus: »Cuius liber περὶ μουσικῆς, corrupte admodum scriptus, asservatur in Bibliotheca nostra Lugduno-Batava.« Quae repetiit G. I. Vossius De scient. mathem. (Amst. 1650) p. 94. Conf. nostrum Indic. codd. mss. annot. 9.

27. Magdalensis codex est vetustior [licet pessimus, iudice Meibomio Not. p. 294 b]. Vide notas Historicas ad Chron. marmoreum Arun-

delianum p. 171 ed. Prideauxii. Exstat etiam Ms. in bibliotheca Cae-sarea, teste Lambecio VII. p. 215. Fabric. ap. Harles., qui alegat ad suam notitiam de codicibus mss. Musicorum graecorum, unde nos Indicem codd. mss. Aristidis infra sequentem excerptimus. Vide illic annott. 7 et 14.

28. Meibomius in Not. ad Aristid. [I p. 26 sq.] p. 242 sq. »Ex Scali-geri, ait, Musicorum volumine Aristidem edimus. Postea loca quaedam corruptiora [Meibom. Praefat.: loca, quae ut corruptiora notaram] et omnia notarum diagrammata ex duobus reg. Parisiensibus descripta accepi [a Cl. Salmasio, ut ex Meibomii Praef. patet; codd. illi Paris. signati sunt numeris 2455 et 2460, teste Fetisio l. c. p. 10; cf. tamen Index codd. mss. Arist. Quint. ann. 16]: nec multo post eadem diagrammata et alia quaedam loca, ex cod. Barberino exscripta a Leone Allatio. Quum autem ad finem prope huius auctoris pervenisset typographus [videlicet usque ad p. 153; v. Meibom. Not. p. 333 b] codicem [immo apographum] ex Anglia accepi, Jo. Seldeno curante, ex codice Oxoniensi descriptum et cum eodem et altero diligenter collatum a Gerardo Langbainio. [Meibomius in Praef. accuratius narrat, se nactum esse codicem, Oxonii ex Magdalensis bibliothecae libro Seldeni cura descriptum et cum alio bibliothecae publicae, seu Bodleianae, collatum ab eximio viro Gerardo Langbainio. Ipse Langbainius de hoc negotio ita refert l. c. p. 104, ubi Aristidis opus tangit: »Opus illud cum Authoribus aliis Musicis - e Msis nostris Oxoniensibus Clarissimi Seldeni sumptibus describendum curavimus. Quos ille omnes ad Marcum Meibomium Amstelodamum edendos transmisit.«] Tum adfirmat, se restituendis diagrammatis plus operis insumsisse, quam toti Aristidi interpretando. [Tu v. ann. 22 sub fin.] Insuper diagrammata illa [p. 26 sq.], iis notis, eoque situ depicta, quo in Scaligeri libro reperiuntur, accuratissime (ut contendit) adposuit, ac deinde reliquorum codd. variantes figuræ adnotavit. Idem [Not.] p. 308 lacunam notans circa finem libri secundi [p. 110 inf.] se sex codicum varias lectiones profitetur adscribere, et fragmentum, quod ibi sequitur, nec Aristidis esse arbitratur, et praecedentibus minus bene connecti. Harles., qui haec ad praegressa Fa-briici verba »e codice Josephi Scaligeri« minus apte annotavit.

29. Reliquis Fabricius dixit, fortasse respiciens ad titulum Meibomiana collectionis: »Antiquae musicae auctores septem.« Sed prae-stabat dicere: aliis sex. Certe erravit, qui in Piereri Lexico univers. t. 2 p. 140 scripsit: »Aristides Quintilianus schrieb über die Musik; nebst den andern sechs vorhandenen Schriftstellern über diesen Gegenstand mit Anmerkungen herausgegeben von Meibom. Amst. 1652. 40.« Quasi vero omnino septem tantum auctores musicae existent.

30. Meibom. Praef. de Martiano: »Hunc — circa Apuleii tempora [c. a. 174] vixisse autumo, qui similiter ac Marcius [Harmonica et Rhythmica Aristidis] Gaudentii Harmonicam et Nicomachi Geraseni

Arithmeticam vertit.« Dissentit, licet ambigens, Iacobs. l. c.: »Martianus Capella (aus dem 3. oder 5. Jahrhundert).« — Plerique eum seculo V adscribunt, in quibus est H. Martinus l. c. p. 11. Accuratus eundem Saxius l. c. I p. 323 ad aetatem Severi (461 — 456), Huebner. Grundriss zu Vorles. ub. d. röm. Litteraturgesch. ed. II p. 81 ad annos 410 — 439 refert. Eyssenhardtus Praef. in Martian. Capell. p. VIII docet, verisimile esse, Martianum ante a. 439 vixisse; aetatem accuratus definiri posse negat; nam quod ille Byzantii mentionem ita faciat, ut credas, eam urbem tunc nondum caput imperii Orientis factam esse, id hominis socordiae tribuendum esse putat. Nihilominus Gevaertus l. c. t. 1 p. 15sq. rem pro certa habet et Martianum non post a. 330 vixisse censem; quid? quod idem t. 1 p. 59 hariolando dicit, eum postremis annis ante Constantinum Imperatorem (a. 300) scripsisse.

31. Collectionis Meibomianaæ Musicorum graecorum titulum indicavi in Praef. ann. 2. Aristides inest volumini II p. 1—164 cum Meibomii Notis p. 199—338 eorumque Supplemento p. 362. 363. Aristidem subsequitur Martiani Capellae de Musica liber IX = De Nuptiis Philolog. lib. IX p. 165—198, cum Meibomii Notis p. 339—362. Satis negligenter Gevaertus l. c. t. 1 p. 8: »Meibom y a joint le traité latin (quodnam?) de Martianus Capella.« Clavierus l. c. falso tamquam de pluribus Aristidis Quintiliiani editionibus ita loquitur: »la meilleure édition est celle que M. Meibomius a donnée en grec et en latin.« Quem errorem Fetisius l. c. notavit et correxit. Recte Iacobsius l. c., commemorato Aristidis opere: »Die einzige Ausgabe dieses Werkes ist von Meibomius in den Autoribus septem antiquae musicae. Amstelod. 1652. 4°. im 2. Bande.«

32. Haec Meibomius de libro I, cuius argumentum est pars musices technica, de qua Noster p. 8 s. ita: *τοῦ — τεχνικοῦ μέρη τρία, ἀρμονικόν, ρυθμικόν, μετρικόν.* — Aristidem in Harmonica ipsi Aristoxeno aliquatenus anteponit Fetisius l. c. t. 1 p. XCVII, de Elementis Harm. Aristoxeni ita iudicans: »Nous n'y pouvons puiser de lumières que sur la constitution du système de tonalité et sur l'échelle des sons; sous ce rapport même il est inférieur à un autre ouvrage écrit par Aristide-Quintillien (sic), longtemps après la mort d'Aristoxène. Dans celui-ci la méthode est lucide partout, et l'on y peut trouver des renseignements plus précis et mieux exposés sur le système musical des Grecs que dans aucun autre ouvrage du même genre.« Non minus honorifice idem Fetisius de Aristide iudicat p. CXIII, ubi, commemoratis scriptoribus, qui praeter Aristidem de Harmonica tractant, ita pergit: »Un autre auteur, celui peut-être de tous les écrivains grecs dont le livre a pour nous le plus d'importance, Aristide Quintillien.« — (Doctrinam tamen Aristidis de melopoea idem minus probat in Hist. gén. de la musique t. 3 p. 206sq. ubi, comparatis inter se, quae Pseudo-Euclides Introd. harm. p. 23 et Aristides p. 29 de usu *ἀρωγῆς, πεττείας, πλοξῆς* in melopoea docent, et posthabitatis Aristideis tamquam minus ve-

Aristides Quintilianus.

ris, haec ponit p. 207 sq.: »Evidemment Aristide Quintilien n'avait que des notions confuses de ce qui concerne les éléments des formes mélodiques.«) Singillatim de divisione scalae musicae apud Aristidem Fetisius in Biogr. univ. des music. t. 1 p. 106 sic indicat: »A l'égard de la doctrine exposée par Aristide sous le rapport de la division de l'échelle musicale, elle est conforme à la théorie des nombres de Pythagore.« Deinde refutat Martinium, qui in Hist. mus. t. 3 p. 516 contendit, Aristidem in verbis I p. 13 i. *λόγον δέ φημι* — p. 14 a. — *τόνος δὲ ὁ ἐπόρθος* Aristoxeno auctore tonum in duo semitonia aequalia dividere, sed eundem III p. 113 m. pythagoricae doctrinae se conformare; Martinium enim prioris loci sensum non satis attendisse, et proxima p. 14 m. *Ἐτι τὸν δὲ αὐτῶν οὐ μέν ἔστων ἀρτια* — *ἀλλὰ γάρ διέστεις* cet. ad quendam ordinem intervallorum potius spectare, quam ad normam proportionis eorum. Denique haec subiicit: »Tout le reste de l'ouvrage prouve d'ailleurs que la doctrine de Pythagore était celle qu'Aristide avait adoptée.« Quae si de Pythagoreorum doctrina musica ab Aristide adoptata dicta sunt, recte habent (v. ann. 16); nam alioquin Aristides magis est Platonicus pythagorissans (v. ann. 10). Nonnulla, in quibus Aristides Quintilianus a doctrina Aristoxeni harmonica differt et ad Pythagoreos accedit, indicantur a C. de Ian l. c. p. 11 ann. 17. Minus honorifice quam Fetisius, Gevaertus, Westphali assecla, de Aristidis doctrina harmonica sentit; ita enim ille t. 1 p. 15: »La partie harmonique d'Aristide Quintilien présente un mélange plus considérable de doctrines aristoxénienes, puisées à la même source que le Pseudo-Euclide [v. supra ann. 2] et Bryenne. C'est une compilation faite avec des matériaux de valeur inégale, mais dont quelques-uns sont très anciens et absolument inconnus aux autres écrivains. (Not. 4: Par exemple le programme complet de l'enseignement musical [immo artium musicarum] p. 7—8 [v. ann. 35]; les échelles enharmoniques des très-anciens pp. 21 et 22; le chapitre de la mélopée p. 28 et suiv. [v. tamen superiori dicta].«) De diagrammatis enharmoniis, quae Gevaertus Not. 4 tangit, conf. haec eiusdem t. 1 p. 302: »Cette espèce de diagrammes, dont Aristide nous a transmis un spécimen intéressant, ne s'étendait pas au delà de l'octave.« Idem t. 1 p. 303 de loco apud Aristoxenum Element. Harm. p. 23 Meib., ubi *τρόποι ἀρχαῖοι* commemorantur, haec monet: »Ces termes jusqu'ici inexpliqués, désignent sans doute des échelles enharmoniques analogues à celles des très-anciennes transmises par Aristide.« Sed omnino videndum H. Deetersius: De Aristidis Quintiliiani doctrinae harmonicae fontibus (Progr. Gymn. Duerensis a. 1870). — Aristidis doctrinam de rhythmo ita praedicat Fetisius l. c. p. 106: »Aristide Quintillien a exposé d'une manière plus claire qu'aucun autre auteur les principes du rythme de l'ancienne musique grecque.« Idem tamen in Hist. génér. de la musique t. 3 p. 181 sq. Aristidis loco p. 41 m., quem, ut dicit, Meibomius, Caesar, Westphalus silentio praeterierunt, eum in finem utitur, ut in Aristide comprobet, quod p. 181 sic enunciat: »Ce que nous possédons d'Aristide Quintilien et de

Bacchius sur le rythme ne s'applique pas, à vrai dire, à ce que nous appelons de ce nom en musique.» De fontibus doctrinae Aristidis rhythmicæ lac. Morellus Praef. in Aristoxeni Rhythmicorum elementorum fragmenta, cum aliis Anecdotis græcis Venet. a 1783 edita, p. XXXIX haec dicit: »Ex Aristide quoque Quintiliano — aliisque, qui de Aristoxeno bene multa in suos libros derivarunt, ac rhythrica quoque praecepta ab eodem hausere, identidem profeci.« Adde haec Gevaerti l. c. t. 1 p. 17: »les lacunes que présente le texte aristoxénien [de rhythm] sont comblées en grande partie par les paragraphes rythmiques d'Aristide et de Martianus Capella, de source aristoxénienne aussi.« Audi tamen eundem l. c. t. 2 p. 7, ubi de historia doctrinae graecorum rhythmicæ agit: »nous trouvons — chez Aristide deux doctrines bien distinctes, l'une procédant de la donnée aristoxénienne, modifiée en quelques détails, l'autre empruntée aux métriciens.« Quia de distinctione provocat ad Aristid. p. 40 eo loco, de quo conf. supra ann. 7. In discernendis et aestimandis fontibus rhythmicæ Aristidis doctrinae sategit Westphalus: Die Fragm. u. Lehrsätze d. gr. Rhythm. p. 16, Harm. u. Melop. d. Gr. p. XL sq. et Syst. d. ant. Rhythm. pp. X sq. 102. 192; sed retractavit se idem: Metrik t. 1 p. V. 89—98. Conf. C. de Ian l. c. p. 13, et vide omnino Franc. Susemihli Commentationem de hoc argumento in Progr. univ. litterar. Gryphiswald. a. 1866. — Metrica Aristidis doctrina eruditissimo Dorvillio Vann. Crit. p. 418 tanti visa est, ut eam libri primi partem, qua illa continetur, Hephaestioni in posterum adiungi suaderet; ita enim de hac parte iudicavit: »continet — concinnam et Hephaestioneae methodo plane similem metricæ doctrinae Epitomen.« Dorvillio obtemperavit Gaisfordus, vir non minus eruditus, in duabus quas paravit Hephaestionis editionibus, ac nostra adhuc aetate Caesar Aristidis de metris commentarium dignum habuit, quem separatim ederet (v. nostram Praef. ann. 3). Quum autem olim G. Hermannus in Praefat. Elem. doctr. metr. nonnisi de nimia Aristidis brevitate in explicandis metris questus sit, plerique nostræ aetatis VV. DD., Westphali potissimum auctoritate freti, iam fere despiciunt metricam Aristidis doctrinam. Sic Gevaertus l. c. t. 2 p. 86 ann. 2 in historia doctrinae metricæ veterum ista pronunciat: »A partir du III<sup>e</sup> siècle on ne rencontre plus que des copistes serviles et inintelligents; la série s'ouvre par Aristide Quintilien [hunc scilicet seculo III] adscribit; tu v. supra ann. 10 et 23], dont la partie métrique est au-dessous du médiocre.« De fontibus metricæ Aristidis doctrinae videoas Caesarem: Die Grundzüge d. gr. Rhythm. p. 31 sqq. et Westphalum: Metrik t. 1 p. 239—232, qui simul quae Aristides, aliunde sumpta, peculiaria habet discernit et aestimat, sed de Aristide ipso, tamquam Metrico, adeo contemtim iudicat, ut eum non critica emendandum esse contendat, quippe qui se in describendo instar negligentissimi librarii gesserit.

33. Haec Meibomius de libro II, cuius argumentum est musices

pars activa, de qua Noster p. 8s. πρακτικὸν δὲ τὸ κατὰ τοὺς τεχνικοὺς ἐνεργοῦν λόγους καὶ τὸν σκοπὸν μεταδιῶκον, δὲ δὴ καὶ παιδευτικὸν καλεῖται. ubi neque cum Marquardo ad Aristox. fragm. harm. p. 193 τὸν τῆς παιδεύσεως post μεταδιῶκον adiiciendum, neque cum Wagenero ap. Gevaert. t. 1 p. 77 sq. ann. 1 καὶ τινα σκοπὸν scribendum; nam verba τὸν σκοπὸν certum τοῦ πρακτικοῦ propositum significant, idque esse παιδευσιν, ex insequentibus δὲ δὴ καὶ cet., in quibus Wagenerus δὲ interpretatur: comme on sait, statim intelligitur. Wagenerus l. c., reprobata Marquardi coniectura, apte comparat Aristid. II p. 69 s. σκοπὸς δὲ δ προχείμενος ἡ πρὸς ἀρετὴν ὀφέλεια. Ceterum cf. Westphal.: Metrik d. Gr. t. 1 p. 14. 86.

34. Haec Meibomius de libro III, cuius argumentum est pars musices contemplativa et naturalis, de qua Noster p. 71 sq. θεωρητικὸν μὲν ἔστι τὸ — τὰς ἅνωθεν ἀρχὰς καὶ φυσικὰς αἰτίας καὶ πρὸς τὰ δύτα συμφωνίας ἐπισκεπτόμενον. — τὸ μὲν θεωρητικὸν εἰς τε τὸ φυσικὸν καὶ τεχνικὸν διαιρεῖται, ὡς τοῦ μὲν φυσικοῦ τὸ μὲν ἔστιν ἀριθμητικόν, τὸ δὲ δρώνυμον τῷ γένει, δὲ καὶ περὶ τῶν δυτῶν διαλέγεται. Falluntur igitur, qui τὸ φυσικὸν apud Aristidem solummodo ad doctrinam ἀνουστικήν referunt, in quibus sunt Trinklerus in Progr. Gymn. Poson. a. 1842 p. 9 et Westphalus: Harm. u. Melop. d. Gr. p. 12 et Metrik t. 1 p. 14. Verum viderunt Westphalus: Metrik t. 1 p. 86 et Deiters. l. c. p. 1.

35. Summam trium Aristidis librorum optime ita comprehendit Jacobsius l. c.: »Die Schrift des Aristides ist in drei Bücher getheilt, deren erstes von dem Begriffe der Musik, den Tönen und Intervallen und dem Rhythmus handelt, wobei die Sylbenmasse und ihre Anwendung in der Poesie erläutert werden; das zweite von den sittlichen Wirkungen und der bildenden Kraft der Musik; das dritte von den Zahlenverhältnissen in der Musik und den physischen und sittlichen Kräften jener Verhältnisse überhaupt.« Quae Bachrius l. c. ita sua fecit: »Ar. hat in dieser für unsere Kenntnis der griechischen Musik sehr wichtigen Schrift von dem Begriffe der Musik, den Tönen, Intervallen, insbesondere vom Rhythmus, von den Wirkungen und dem Einflusse der Musik u. dergl. ausführlicher gehandelt.« Falso Clavierus l. c. de Aristidis opere haec pronunciat: »Aristide ne s'appesantit point, dans ce Traité, sur la partie technique de la musique, mais sur la partie morale.« Quasi vero ille non integro libro I de ratione musices technica aequa ac libro II de moribus musica formandis tractaverit. Contrariam in partem peccat, licet melius quam Clavierus de Aristidis opere iudicans, Fetisius in Biogr. univ. des musiciens t. 1 p. 106: »Ce traité est divisé en trois livres: on le considère avec raison comme ce qui nous reste de plus clair et de plus satisfaisant sur la musique des Grecs, bien qu'il soit plutôt théorique que pratique, ainsi que la plupart des traités de l'art musical qui nous sont venus de l'antiquité.« Haec restrictio tantummodo de libro I valet, ac potius Aristidi laudi dandum, quod veterum scripta musica e populari et venusto genere, quod cum morali et historico argu-

mento coniunctum erat, in usum suum pariter atque illa convertit, quae ex interiore ac difficiliore erant genere, quod ad elementa artis refertur; qua de distinctione scriptorum musicorum Wytténbach. Bibl. crit. Vol. 3 P. 2 p. 181 Aristoxeni occasione monet, Desiderat tamen Fetisius in Hist. gén. de la musique t. 3 p. 207 in Aristide, ut in ceteris Graecorum musicis theoreticis, Aristoxeno non excepto, exempla ad artis exercitationem spectantia, quibus definitiones illustrantur. Solo voluminis modulo Aristidis opus metitur Weissenbornius l. c. p. 179: »Seine drei Bücher περὶ μουσικῆς zeichnen sich durch Umfang aus (164 Seiten bei Meibom).« Similiter Gevaertus l. c. t. 1 p. 8: »C'est l'ouvrage le plus étendu de la littérature musicale des anciens.« Idem tamen p. 72 de universae musicae partitione in certas classes, ab Aristide I p. 7 sq. facta et in operis decursu declarata, perhorifice sic iudicat: »Cette classification, la plus complète que l'antiquité ait connue, est remarquable par sa symétrie et mérite à tous égards de fixer notre attention.« Eandem partitionem Ambrosius l. c. t. 1 p. 346 his laudibus effert: »Wenn von der griechischen Musik gar nichts Anderes erhalten und gerettet wäre, als das Schema dieser Eintheilungen, so könnten wir schon nach diesen allein auf die bedeutende Ausbildung der Kunst schliessen.« Pro manco tamen Westphalus: Metrik t. 1 p. 14 illud systema artium musicarum habet, quod scilicet poetica sive poeseos theoria ab eo excludatur. Encyclopaediam artium musicarum Aristidis opus recte vocat Westphalus: Die Fragmente u. Lehrs. d. gr. Rhythmiker p. 15, Harm. u. Melop. d. Gr. p. 36. 51. et Metrik t. 1 p. 89. 125. De encyclopaediae nomine consentit Caesar l. c. p. 6, qui p. 6–12 argumenta trium Aristidis librorum satis diligenter enarrat. Breviter Westphalus: Die Fragm. u. Lehrs. cet. p. 15 sq. et Metrik t. 1 p. 86 et Deitersius l. c. p. 1 summam horum librorum indicant. Argumentum libri I fuse, libri II et III breviter exponit Westphalus: Metrik t. 1 p. 12 sqq., qui tamen p. 13 sq. 86 non vidit, Aristidem τὸ δραματιδν et τὸ ὀπωρτικόν, licet hoc breviter, tangere libro II p. 100 sqq. Nos in Corollario huius Introductionis Summarium libri I et II, a Langbainio olim factum, typis exscribendum curavimus. Ceterum Westphalo: Die Fragm. cet. p. 16 Aristides magis est »rhetor«, quam »technicus musicus«; rursus idem illi: Metrik t. 1 p. 86 audit »Sophista«, idque »ein neu-platonischer oder neu-pythagoreischer.« Tu v. annot. 10.

36. In Praefatione, ubi haec sequuntur: »Quo magis mirandum est, tanti auctoris nomen a veterum scriptorum nullo commemoratum legi.« Idem tamen ibidem paulo post: »Celebritatem Aristidis unus ex antiquitate adseruit Marciānus Capellā« cet (v. ann. 20). Iacobsius l. c.: »Ihn selbst erwähnt kein alter Schriftsteller«, quibus tamen item mentio subiicitur Martiani Capellae, Aristidem compilantis et partim vertentis (v. ann. 1 c.). Fetisius in Biogr. univ. d. mus. t. 1 p. 109: »Il est au reste remarquable qu'aucun auteur de l'antiquité n'a parlé de cet écrivain.« Sed alii quoque scriptores veteres in antiquitate non citantur;

v. Bentlei. Opusc. philol. ed. Lips. p. 436. Aristidis mentio byzantino demum fit aeo; vide Schol. in Dionys. Thrac. ap. Villoison. Anecd. II p. 109 = Bekk. Anecd. II p. 685, ubi citatur δὲ Κοντιλιανὸς Ἀριστείδης ἐν τῷ περὶ μουσικῆς πρώτῳ (ap. Meib. I p. 8 i. sq.), et Epistolographum anonymum sec. XI ap. Cramer. Anecd. Oxon. III p. 189, ubi δὲ Καντιλιανὸς (sic) Ἀριστείδης tamquam Musicus laudatur et de metris scripsisse fertur. Hos locos, quorum prior mihi dudum innotuit, indicavit Caesar: *Grundzüge* etc. p. 2 et in Progr. Marb. 1862/63 p. III. Idem V. D.: *Grundzüge* etc. p. 3 post Meibom. Not. p. 203 a docet, Em. Bryennium (sec. XIV) in Harmonicis cum multa alia ex Aristide transcripasse, tum in Prooemio eundem I p. 5 m. compilasse. Conf. C. de Ian l. c. p. 19. Nemini, opinor, hactenus notum fuit, lo. Protospatharium in Prooemio Commentarii in Hesiod. O. et D. p. 181 a. Heins. ex Aristide III p. 129 i profecisse et Grammaticum a Titzeo editum p. 22 m.—p. 23 i. sua ex Aristide p. 88 i.—p. 90 m. hausisse. De ratione, quae inter Aristidem et Alfarabium, Arabem graece doctum, qui de Musica scripsit, intercedit, v. Ambrosium l. c. t. 1 p. 94 et Westphalum: Harm. u. Melop. d. Gr. p. XL sq. et Metrik t. 1 p. 91.

37. Videlicet p. 116 m. et p. 155 m. Sed anacolutha, quae Meibomius l. c. et alias in Aristide notat, aut nulla sunt aut levia, aut librariorum errori debentur. Sic p. 126 s., ubi Meibomius Not. p. 322 a ad Αἴγυπτον παρὰ τὸ Νεῖλον haec scribit: »quod non intelligo. sermo hic est ἀναχόλουθος«, ordo orationis a nobis recte interpungendo restitutus est; porro p. 116 m. in verbis μέσην δὲ ἔσται, ubi μέσην δέ, ut in seqq. νήτην δὲ pro νήτῃ δὲ exspectaveris, oratio leniter variatur; denique p. 155 m. in verbis δυάδι δὲ ἀνδρίᾳ, ubi Meibom. Not. p. 334 b sermonem ἀναχόλουθον rursus notat, librarii ordinem, ut in seqq., turbarunt; quem nos emendatione restituimus. — Gravius est illud, quod Meibom. Not. p. 222 a (ad p. 14 s.), p. 227 a (ad p. 16 s.) et p. 249 a (ad p. 28 i.) in Aristide reprehendit: dicit enim, videri eum in doctrina harmonica plura ex diversis veterum scriptis descriptsse neque tamen semper in ordinem optimum concessisse. Hanc Meibomii notam censoriam reputunt Caesar *Grundzüge* cet. p. 25 not. 18 et Deitersius l. c. p. 2, qui p. 1 omnino technicam partem operis Aristidei eodem nomine reprehendit, Westphalum, opinor, secutus, acerbissimum Aristidis vituperatorem. Huic enim Aristides audit *sein Abschreiber*, der noch dazu oft recht gedankenlos abschreibt (Fragm. u. Lehrs. cet. Einleit. p. 16), *sein gedankenloser Compilator* aus früheren Schriften sehr verschiedenen Werthes cet. (*Syst. d. antik. Rhythm.* p. VII), *der unwissende Compilator* (*ibid.* p. IX), *der leichtsinnige Epitomator* (*ibid.* p. X), *sein schlechter, unverständiger und seines Stoffes durchaus unmächtiger Compilator* (*ibid.* p. X), denique *sein liederlicher Abschreiber* (*ibid.* p. 187). Piget propemodum taedetque repetere, quae idem: *Metrik* t. 1 in Aristidem rursus effutiit; is enim vocatur p. VII *der späte Compilator*, p. 97. 470 (ann.) *gedankenloser Abschreiber* sive *Compilator*,

et exprobrantur eidem p. 87. 332 »leichtsinniges Excerptirenc«, p. 87 »abgeschmackte Zusätzec«, p. 88 »musikalische Thorheiten«, denique p. 176 »gedankenlose Inconsequenz«. Istiusmodi tamen conviciorum ansam id potissimum dedisse videtur, quod Caesar, Aristidis auctoritate fretus, ea quae Rossbachius, Westphali amicus, de doctrina rhythmica scripsit recensere conatus est. Sed utut haec se habent, priusquam Aristides e codicibus mss., quoad eius fieri poterit, restitutus fuerit, ampliandum erit. Interim cavendum, ne ille opinionum commentis, quae dies delet, porro obruatur. Conferantur, verbi causa, quae C. de Ian l. c. p. 11. 13 monet de Westphalo, acerrimo censore Aristidis, quem Hemsterhusius (at quantus vir) praestantissimum scriptorem vocare non dubitavit (vid. Praefat. p. V.).

---

## COROLLARIUM INTRODUCTIONIS.

### SUMMARIUM LIBRI I ET II.

(Bibliothecae Bodleianae cod. chart. 4<sup>o</sup>: Langbainii Adversaria III, 1.  
Notitia de Aristidis Quintiliani libris de musica ex cod. ms. misc. 85 fol. 1.)<sup>1</sup>

Aristidis Quintiliani De Musica  
libri tres.

---

[Meib. p. 1 med.] Pr: Ἄει μὲν ἐμοὶ θαυμάζειν ἔπεισιν[,] ὃ  
τιμιώτατοί μοι ἔταιροι Εὔσέβιος καὶ Φλωρέντιε<sup>2</sup>, τὴν τῶν πα-  
λαιῶν φιλοσόφων<sup>3</sup> etc.

[Pag. 1 inf. — 3 supr.] Musicam imprimis laudat, eius-  
que ad alias disciplinas usum.

---

1. Haec Coxeus Catal. codd. mss. bibliothecae Bodleianae I. v. 876;  
quae mihi indicavit Dr. Alfred. Goeldlinus de Tiefenau, V. D., de cuius  
in me officiis plura in annot. 1 ad Indic. codd. mss. Aristidis Quintili-  
ani. Langbainii Notitia, a Coexo l. c. consignata, constat ex Summario  
libri I et II (usque ad p. 106 Meib.); cetera desiderantur. Apographum  
huius Summarii acceptum refero egregiae benevolentiae Bywateri, V. Cl.,  
Sodalis Collegii Oxoniensis, quod Exeter vocatur, et Bodleianae Praefecti,  
cuius bona officia in suppeditandis subsidiis litterariis ad Aristidem per-  
tinentibus mihi conciliavit A. Neubauerus, Subbliothecarius Bodleianae,  
V. D. humanissimus. Orationem latinam Summarii a Langbainio festinan-  
ter scripti (ut ex quibusdam lituris et omissionibus apparet) hic illuc le-  
niter refinxi, nec non supplevi; uncinis inclusi, quae a me adiecta sunt.  
Barbarem scripturam author corrigere supersedi. In locis a Lang-  
bainio e cod. Bodl. 85 adscriptis scripturas huius codicis etiam aperte  
mendosas immutare religioni habui.

2. De hisce nominibus v. annot. 25 ad Introductionem.

3 φιλος. Langb. e cod. suo addidit; tu v. ann. 13 ad Introd.

[P. 3 m.] Testimonium adducit ἀνδρὸς σοφοῦ πανάκεω<sup>4</sup> τοῦ πυθαγορείου.

[P. 5 m.] Ad calcem prooemii authorem omnium, quem variis nominibus (Platonico more) compellat, invocat<sup>5</sup>.

[P. 6 i.] πᾶν γὰρ εὐχαταφρόνητον τὸ τοῦ πρέποντος<sup>6</sup> ἐστερημένον.

[P. 7 i.—58 i.] Primus liber totus in speculatione artis musicae versatur: et (qua eo faciunt) [de] pedum metrorum et demum de poematis generibus variis [tractat].

[P. 22 s.] Citat divinum Platонem in Politia de modis musicis verba facientem<sup>7</sup>.

[P. 22 i. sq.] Citat et Aristoxenum, uti cui toni sunt tredecim<sup>8</sup>, [p. 28 s.] et Pythagoram etiam, ubi [de] quindecim modis eorumque notis<sup>9</sup>.

[P. 43 s.] De optimo pessimoque rhythmopoeiae genere se dicturum promittit ἐν τῷ παιδευτικῷ<sup>10</sup>.

4. Ita Langb. e cod. suo, πανάκμεω Meibom.; tu v. ann. 14 ad Introd.

5. Apud Plat. Tim. 27 C. in exordio disquisitionis de universo dii deaeque omnes generatim invocantur. Ibid. 84 D. in principiis universi accuratius explicandis deus tanquam servator in quaestione difficulti rursus invocatur. Porro Legg. X. 893 B. in demonstranda natura divina deus ita invocatur, quasi de pluribus diis sermo sit; v. Ast. Anim. p. 479 sq. Sed noster tum h. l., tum p. 129 m., ubi huc respicitur, unum solum deum invocat, quamvis h. l. dubius haereat, quo eum ex variis nominibus compellet, in quibus δῆμιουργὸς ac, si quaeris, λόγος platonica sunt divinitatis nomina; v. Caesar: Grundzüge — p. 15 sq. Deum autem vel deam variis nominibus simul invocare alioquin magis poetarum mos est. Plura in Commentario, quem hic compilare nolumus.

6. Τὸ πρέπον h. l. vocatur quod pulcritudine et decore conspicuum est, eo ex usu verbi πρέπειν, de quo v. Stallb. ad Plat. Pol. I. 327 A.

7. Locum post Meibom. Not. p. 232 b. sq. indicavi in ann. 10 ad Introd.

8. Vid. ann. 17 ad Introd.

9. Vid. ann. 16 ad Introd.

10. Meib. Not. p. 272 a: »Librum secundum intelligit, quo illud fuse est explicatum.« Idem confert p. 59 i. δὲ παιδευτικὸς τρόπος. Adde ann. 33 ad Introd. nostram. Respicit autem Aristides potissimum hos locos libri II: pp. 75. 97 sqq.

[P. 59 i.—61 m.] Libro secundo, ut de usu musicae ad mores et disciplinas plenius agat, et de anima nonnulla praemittit, de qua fusiis alibi se tractaturum spondet<sup>11</sup>.

[P. 66 s.] τὴν ἡδονὴν ἴσχυρότατον δέλεαρ<sup>12</sup> (appellat) οὐ καὶ τὰ ἀλογα τῶν ζώων ἀλίσκεται.

[P. 68 s. i. 69 s. al.] Citat non semel Platonem<sup>13</sup>.

[P. 69 i. sq.] Citat et Ciceronem Romanum ἐν τοῖς πολιτικοῖς atque inibi quae contra musicam disseruerat improbat, quasi non ex propria sententia (utpote cum iis quae de Roscio histrione dixerat minime congrua) locutus esset<sup>14</sup>.

[P. 72 s.] ποιήσουμαι τὸν λόγον οὐκ ἐπὶ τοῦ<sup>15</sup> καθ' ἔκαστον. δυσχερῆς γάρ ἐν τούτοις η̄ κατανόησις. ἀλλ' ἐπὶ πόλεων καὶ δλων ἐθνῶν. εὐμαρῆς γάρ [ἐν τοῖς μείζοσιν η̄ θεωρίᾳ]<sup>16</sup>.

[P. 87 s.] Author se ipsum citat ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς<sup>17</sup>.

[P. 87. 88.] Adductis ex Homero exemplis variis, quam apposite ille figuris etc. usus sit, demonstrat.

[P. 88 i.] Citat ex Comico illud μουσῶν στόματα ἡνιοχοῦντες<sup>18</sup>.

[P. 95 i.] Citat harmonias a Damone relictas<sup>19</sup>.

[P. 105 m. i. sq.] Fabulam Homericam de Martis Veneris-

11. Promisso Aristides stat II pp. 108. 153 sq.

12. De voce δέλεαρ ad voluptatis illecebras translata monui Anim. in S. Basil. M. I p. 44 sq.

13. Vid. ann. 10 ad Introd.

14. Tu conf. Introd. sub init. ibique ann. 4 et 5. Langbainius primum Rhoisco, deinde Roscio scripsit. Apud Aristid. βώσκον plures codd. pro βώσκων. Ex Oxonn. tamen nihil discrepantiae apud Meibomium.

15. τοῦ Langb.; τῶν Meib. et codd., recte. Ex Oxonn. nihil discrepantiae apud Meibonium.

16. De hac disputandi ratione conf. Plat. Pol. II. 368 D — 369 A, ubi praesertim haec attendas: πρῶτον ἐν ταῖς πόλεσι ζητήσομεν cert. — Παρέσωσις, quae inest verbis: δυσχερῆς γάρ — — εὐμαρῆς γάρ, Γοργίεσον quiddam sonat.

17. Conf. Introd. in fine ibique ann. 38.

18. Vid. ann. 9 ad Introd.

19. Vid. ann. 7 ad Introd.

que vinculis (Odyss. 9') interpretatur de coniunctione corporis et animae<sup>20</sup>.

[P. 106 m.] Illud Heracliti urget *ψυχὴ αὐγὴ ἔηρὴ σοφωτάτη* et *ψυχὴν θάνατον δύροῦσι γενέσθαι*<sup>21</sup>.

---

20. Vid. ann. 8 ad Introd. Quod Caesar l. c. p. 18 Stoicos tantum et Platonicos Plotino recentiores interpretationem Homeri allegoricam exercuisse putat, nescit, Cronium, quem Longinus apud Porphyrium V. Plot. 20 in praecursoribus Plotini nominat, idem iam fecisse. Vid. Porphyr. De antro Nymphar. c. 3 et conf. Rhoer. Anim. in eundem p. 85. Neque vero Cronius primus inter Platonicos illi interpretationis generi indulsisse putandus est.

21. Ita Langb. e cod. suo; sed legendum primo loco *ψ. αὐγὴ ἔηρὴ σ.*, secundo *ψυχὴν θάνατος δ. γ.* Cf. annot. 11 ad Introd. Plura in Commentario.

---

## INDEX CODICUM MSS.

### ARISTIDIS QUINTILIANI.<sup>1</sup>

(Ex Harlesii Notitia codicum mss. Musicorum graecorum, Fabric. Bibl. gr. ed. Harles. III. p. 635 — 637.)<sup>2</sup>

---

[Pag. 635.] In bibl. Ambrosiana Mediolan. Aristides Quintil. (vid. Montfaucon diar. ital. p. 16)<sup>3</sup>. — In bibl. Veronensi (teste Maffeo in Verona illustrata, part. II p. 244) praeter alios de Musica libros exstat Aristidis Quintilianii Musica e graeco in latinum conversa per Jo. Francisc. Buranam, Veronensem, adhortatione Franchini Gafori Lauden-sis; explicit XV. April. 1494<sup>4</sup>. — In bibl. Veneta D. Marci cod. CCCXXII Aristidis Quintilianii de musica libri III cum Bryennio, Plutarcho de musica, Euclid. Isag. harm. et Sect. can., Aristox. Elem. harm., Alypio, Gaudentio, Nicomacho Geras., Ptolem. Harm. et Porphyr. comm<sup>5</sup>. — In bibl. Veneta S. Michaelis (teste Mittarell. in catal. illius bibl. pag. 70. 973. 983) Aristid. Quintil. cum Ptol. Harm.<sup>6</sup> — In bibl. Coll. Eman. Cantabrig. Aristidae [sic, ut alias infra] musica. — In bibl. Bodl. Oxon. Aristid. Quintilianus<sup>7</sup>. — In bibl. Escorialensi (teste Pluero in Itinerario Hisp. p. 157) [Pag. 636.] Aristidis Quintil. de musica libri III<sup>8</sup>. — In bibl. Lugdunensi Bat. (teste catalogo p. 341) inter libros scriptos a Scaligero legatos Aristides Quintilianus de musica cum Alypio, Nicomacho, Aristox. Elem. harm., Bacchio, hymnis in Nemesin<sup>9</sup>, item p. 394 nr. 68 Aristid. Quintilianii de musica libri III cum Porph. comm. in Ptol. et Bacchio<sup>10</sup>. — In bibl. electoralii Bavaria, teste catalogo p. 68, cod. CLXXV Aristidae Quintilianii, Bryennii, Euclidis, Aristoxeni, Alypii, Gaudentii, Nicomachi Geras. opp. musica<sup>11</sup>. — In bibl. Augustana Vindel. est Plut. VII nr. 4 Aristidae Musica<sup>12</sup>.

— In bibl. Guelferbytana Aristidae musica, eiusdem et Ptolemaei, Bryennii et Alypii musica opp.<sup>12</sup>. — In bibl. Hamburgensi ex bibl. Uffenbachiana Excerpta et adnotata ad Aristidis music. et Bryennii harm. cum Excerptis ex Gaudentio et Variis lectt. ex Euclidis harmon. codice Lugd. Bat<sup>14</sup>. — In bibl. Caesarea Vindob. teste Nesselii catal. Aristidis Quintiliani libri III de Musica ad Eusebium et Florentium (part. IV p. 9 nr. 1, coll. Lambecii comment. de bibl. Vindob. vol. VII cod. CXVII p. 458, ubi v. Kollarii notam).<sup>15</sup> — [P. 637.] In bibl. Paris. teste Catal. tom. II cod. MMCCCCLV ex cod. Veneto D. Marci descriptus, Aristidae Quintiliani de re musica libri III cum Bryennio. — cod. MMCCCCLVI Aristidae et Bryennii, Plutarchi, Euclidis, Aristoxeni, Alypii, Gaudentii, Nicomachi, Cl. Ptolemaei, Porphyrii, Bacchii scripta musica. — cod. MMCCCCLVII eadem, exceptis Gaudentio et Bacchio. — cod. MMCCCCLVIII Aristidis Quintiliani libri III de musica, cum Anonymo de rhythmo, Bacchio sen. et Dionysii hymnis, editis Oxonii [a. 1672] in notis ad Aratum. — cod. MMCCCCLIX Aristidis Quintiliani de musica libri III cum Ptolemaei Harm. — cod. MMCCCCLX Alypii, Gaudentii, Bacchii, Euclidis, Nicomachi, Aristidis Quintil., Bryennii scripta musica etc. — cod. MMDXXXII Aristidis Quintiliani de musica cum Anonymo de rhythmo, Bacchio sen., hymnis in Calliopen, Apollinem et Nemesin, editis Oxonii ad calcem Arati, ubi Dionysio cuidam tribuuntur. — cod. MMDXXXIII Excerpta ex Aristid. Quintil. libris de musica etc. — cod. MMDXXXIV continet eruditii cuiusdam Itali notas atque emendationes in Aristidis Quintiliani, Man. Bryennii et Gaudentii harmonica. — Occurrunt vero (ut paucis et generatim omnia comprehendam) in biblioth. Paris. regia codd. decem Aristidis Quintil.<sup>16</sup>. — In bibl. Argentoratensi sunt Aristoxenus, Alypius et Aristides Quintil. manu exarati.<sup>17</sup>

---

## ANNOTATIO.

---

1. Hoc loco profiteor, me in Annotatione scribenda non tam id egisse, ut Aristidis codicum mss. pretium interius pensitarem eorumque familias rimarer (quibus de rebus, ut de ratione, qua ego codicibus a me adhibitis usus sum, in Commentario exponetur), quam ut, quae Harlesius in notitia codicum mss. Musicorum graecorum de Aristidis codicibus monuit, partim corrigerem, sicubi opus esset, partim confirmarem atque augerem enumerandis codicibus iis, qui mihi aliunde innotuerunt. Neque tamen resecui, quae VV. DD. a me laudati in commemorandis codicibus de pretio interiore deque affinitate eorum obiter monent.

2. In excerptenda Harlesiana notitia codicum mss. Musicorum graecorum fere ita versatus sum, ut, si in codice quopiam Aristides alios Musicos praecedat, eum cum illis ibi extare dicerem; sin vero alii scriptores Aristidem praecedunt, hunc inter illos suo ordine nominavi. — Priusquam vero de Aristidis libris mss., per bibliothecas Europae sparsis, singillatim agamus, honoris causa laudandi sunt VV. DD., qui eorum aliquam saltem mentionem ante editum Aristidis opus fecerunt; sunt autem hi potissimum, quantum equidem scio: C. Gessnerus, Franc. Salinas, Andr. Schottus, Luc. Holstenius et Ism. Bullialdus. Et Gessnerus quidem in Bibliotheca univ., Tig. 1545, fol. 71 r. haec habet: »Aristidae Quintiliani de Musica libri 3 graeci, servantur in bibliothecis Italiae.« Salinas autem in Praefatione operis de Musica, Salmanticae a. 1577 editi, inter alios Graecorum antiquorum libros manu scriptos, quibus se plurimum adiutum esse profitetur, commemorat Aristidis libros tres — »quos Cardinalis Burgensis Venetiis ex divi Marci bibliotheca sibi transscribendos curaverat.« (Haec, ut locos Aristidis a Salina latine versos et citatos, ex rarissimo eius opere mecum communicavit Dr. Alfred. Goeldlinus de Tiefenau, doctissimus scriptor bibliothecae Palat. Vindobon., qui epistolis officii plenis me plurimum adiuvit ad cognoscendos codices mss. Aristidis Quintiliani, unde magnopere profeci in conficienda Annotatione, Indici horum codicum subiecta.) Porro Schottus Not. in Procli Chrestom. (post Observatt. hum. Hanov. 1615) p. 45 commemorat »Aristoxeni, Ptolemaei, et in eius Harmonica Porphyrii Comm., Manuelis Bryennii et Aristidis Quintiliani libros,« hisce adiectis: »quos ego auctores graece in bibliothecis Italiae et Hispaniae adhuc latentes videre memini.« (Neque tamen idem Schot-

tus, qui ad Procli Chrestom. Aristidem aliquoties verbatim laudat, quo eius codice hac in re usus sit, indicat. Idem valet de P. Nunnerio, qui ad Phrynic. et ad Fragn. post Censorin. nonnulla Aristidea protulit.) Deinde Holstenius in Epist. ad diversos, a Boissonadio editis, p. 20 a. 1624 Londino ad Io. Meursium haec scribit: »— apud me habeo: Aristidis Quintiliani Musica descripta a me Oxonii et ad alium Ms. codicem diligenter collata.« ubi Boissonad.: »Anglicis his codicibus usus est Meibomius; Seldeni beneficio: cf. Fabr. Bibl. Gr. t. 3 p. 642.« Vide nostram Introd. ann. 28. Quod autem idem Holstenius l. c. p. 27 a. 1624 Londino ad Io. Meursium scribit: »Musicos Graecos cuperem iterum abs te edi. Mittam Aristidem, ubi totum descripsero et forte meam versionem Latinam,« apparebat, Holstenium apographum Oxonii a se factum, de quo supra, in Meursii usum describere coepisse. Ad vocem Aristidem recte Boissonadius annot. 3 addit: »Quintilianum, quem Meibomius posthac edidit.« Denique Bullialdus Not. ad Theon. Smyrn. De Mathematicis ad Plat. lect. utilibus (Par. 1644, 40) p. 210, allatis ex Aristide verbis: ἀρχῆς-ἐπέχουσα λόγον (Meib. p. 1 i.), et διὰ παντὸς στήχει — δυθμοῖς εὐπρεπέσι (Meib. p. 2 i.), haec adiicit: »Aristidis Quintiliani liber exstat manu scriptus in Bibliotheca Thuanea.« unde sponte intelligitur, eundem p. 214 eodem ex codice protulisse haec Aristidis: τὸ μέγιστον θῆ καὶ τελεώτατον — — καὶ συναρρόττευ (Meib. p. 3 s.). De Aristidis codice Scaligerano Meursium et G. Vossium mentionem fecisse antequam Meibomius ex eo Aristidem ederet, supra diximus ann. 26 ad Introd. litt. Ceterum commemorat quidem Possevinus Bibl. sel. Nostrum cum aliis scriptoribus musicis tunc nondum editis (t. 2 p. 221. 223) et locos ex eo citat (t. 2 p. 226. 228. 233), neque tamen idem prodit, quo Aristidis codice usus sit.

3. Dr. Alfr. Goeldlinus de Tiefenau, a Directione bibliothecae Ambrosianae sciscitatus, an et quinam illic exstant codices mss. Aristidis Quintiliani, hoc responsum tulit, quod mecum communicavit: »Dell'opera di Aristide περὶ μουσικῆς sono nell'Ambrosiana tre Mss.: 1) E. 19. Inf. Raccolta di opere di Musica; la prima è quella di Aristide. Codice caraceo; sec. XV — XVI; 2) I. 30. Inf. Codice miscellaneo; la prima è l'opera di Aristide. Cartaceo, sec. XVI; 3) I. 89. Inf. Raccolta di opere di Musica: la prima è l'opera di Aristide. Cartaceo, sec. XVI.«

4. Glareanus in Dodecachordo (Bas. 1547) p. 59, ubi Franchini Gafori opus De harmonia musicorum instrumentorum (Mediol. 1518) examinat, haec ex capite primo refert: »ipsius opera ait Bryennium, Baccheum [sic], Aristidem, Quintilianum [sic] ac Ptolemaeum e Graeco in Latinum conversos sermonem.« Apparet tamen ex supra dictis, Gaforum, qui in opere: Practica Musicae (ed. princ. Mediol. 1496), Aristidis locos latine versos aliquoties citat, huius scriptoris latine vertendi operam non tam ipsum suscepisse, quam Fr. Buranam ad eam hortatum esse. Quo autem ex codice graeco Aristides latine versus sit, Gaforus non dicit. Neque magis Georg. Valla, qui in opere De rebus expetend. et fugiend.

(Venet. 1501), ut Meibomius Not. p. 204 b iam vidit, Aristidis nominatim laudati aliquot locos latine versos adfert (multo plures tacite suum in usum convertit), quo codice in vertendo Aristide usus sit fatetur.

5. De hoc codice lac. Morellius in Catalogo codd. mss. Marcianae ita refert: »Cod. CCCXXII. membran. in fol<sup>o</sup>. sec. XV. Scriptores de musica omnes in hoc codice Ioannes Rhosus descripsit Bessarionis facile iussu. Aristides Quintilianus ut plurimum lectiones habet a Meibomio ex codicibus Oxoniensibus vulgatas; accuratius tamen in hoc opus exscriptum est. Scholion in librum primum a Meibomio in annotationibus editum p. 205 non textui insertum, sed in margine literis rubris accedit.« [Vide nostram edit. p. 4 annot. 1.] (Io. Rhosus ille inde ab anno MCCCCCLV usque ad exitum sec. XV innumeros libros manu exaravit, quod Dr. Goeldinus de Tiefenau se ex Montefalconio compertum habere mihi scripsit; v. Boerner. De doct. hom. graec.—, Lips. 1750, p. 65). Conf. Marquard. Prolegomm. ad Aristox. fragm. harm., Berol. 1868, p. XXV, qui codicem chartaceum esse dicit; itaque aut ipse errat, aut Morellius, qui eundem membranaceum vocat. — Praeterea Excerpta ex Aristidis libro I, a manu recentiore adscripta sunt foliis 1 r. — 6 vs. codicis Marciani sec. XII, nunc num. III classis VI mss. graecor., olim num. 643 notati, ex quo Iac. Morellius Aristoxeni Rhythmicorum elementorum fragmentum cum Aristidis rhetoris Leptinea et aliis Anecdotis graecis aliunde sumtis Venet. a. 1785 edidit (v. eius Praefat. p. XXXVI sq.). Io. Velodus, Eques Praefectus Bibliothecae ad D. Marc. Venet., intercedente Vict. Ceresoleo, Helvetiorum Consule Venetiis, viro humanissimo, apographum illorum Excerptorum per Dan. Riccobonium, Prof. linguae graecae, mihi fieri curavit, idemque V. Cl. iam antea per accuratam hancce de iis notitiam, a se a. 1862 scriptam, officiosissime mecum communicari fecit: »Il cod. 643 è registrato ora nell'Append. Ms. al Catalogo dei Codici greci della Marciana, ed appartiene alla Classe VI, segnato col No. III. È membranaceo, in 4<sup>o</sup>, di carte numerate 95, ascritto al secolo XII, e proveniente del Card. Bessarione. E contiene: chart. 1—8. Euclidis *εἰσαγωγὴ ἀρμονική*, cum Excerptis ex Aristide Quintiliano, recentiori charactere in margine adscriptis. — ch. 9—15. Eiusdem *Κατατομὴ κανόνος*. — ch. 15—36 v<sup>o</sup>. Aristoxeni *Περὶ τῶν ἀρμονικῶν στοιχείων* Libri tres. — ch. 56 (66) — Excerpta ex Nicomacho in margine accedunt. — ch. 35. Bacchii senioris *Εἰσαγωγὴ τέχνης μουσικῆς*. Scripta est in margine textus Aristoxeni. — ch. 67. Alypii *Εἰσαγωγὴ μουσική*. Aliqua desunt sub finem. — ch. 91—95. Aristoxeni *Ρυθμικῶν στοιχείων*. Ammetendo esse la scrittura testuale di questo Codice sia del secolo XII, attribuisco al secolo XIV quanto si legge scritto nei margini. Dal confronto di alcuni luoghi col ms. mi resulta, ch'esso non offre varianti di grande importanza. Pei confronti ebbi sott'occhio l'edizione del Meibomio.« Deinde idem V. Cl. ita pergit: »Non vi ha dubbio quindi che il Cod. 643 è proprio quello indicato dal Morelli [l. c.] e che ora figura nella Classe VI. Cod. III;

poichè l'altro 423 [ap. Morell. l. c. p. XXXVII] non contieni che i quae-dam Aristidis Rhetoris. Gli Excerpta poi marginali, che non sono così facili a leggersi, perchè in molte parti l'inchiostro è svanito e perchè il margine inferiore dei primi 16 fogli è alquanto rosicchiato, incominciano dal fol. 1, ed arrivano a tutta la seconda faccia del fol. 6.  
— — Il testo marginale principia [Meib. p. 5 i. sq.] *Μουσική ἐστιν ἐπιστήμη μέλους καὶ τῶν περὶ μέλος συμβανόντων.* Finisce [Meib. p. 31 s.] *ἀπὸ τοῦ ἀρμονικοῦ τῆς μουσικῆς τρόπου ἐπὶ τὴν δυθμικὴν θεωρίαν.* Conf. Marquard. l. c. pp. XII. XIII. 393 inf.

6. Accedunt codices ex hisce Italiae bibliothecis: ex Vaticana, Barberina, Farnesiana Romae, ex Neapolitana, Riccardiana, quae est Florentiae, denique ex bibliotheca quadam Patavina. In Serapei vol. XII ex vetusto, sub Papa Pio IV a. 1471 — 1484, ut videtur, confecto indice codicum graecorum Vaticanae, quem Haaseus, quandam Prof. Vratislaviensis, illic e codice Rehdigerano edidit, p. 171 n. 200 praeter alias libros mss. commemorantur *Ἀριστείδου τοῦ Καντιλιανοῦ* [sic] *περὶ μουσικῆς γ.* A. Maius in editis ab ipso M. Tulli Ciceronis de re publica quae supersunt (Stuttg. et Tub. 1822) p. 292. 293, ubi Aristidis Quintiliani locum ex lib. II p. 69 — 71 Meib. affert, in annotatione critica duobus codicibus Vaticanicis se usum dicit, quorum unum antiquorem, alterum recentiorem vocat. Musicorum graecorum codici Vaticano, bipartito et numeris 192 et 193 notato, etiam Aristidem inesse, Westphalus: Die Fragm. u. Lehrs. d. gr. Rhythm. (Lips. 1861) p. X ex apparatu Franziano Musicorum graecorum refert. Utrum Aristidis codex, qui olim in bibliotheca Palatina Heidelbergensi exstitit, in Vaticana, in quam cum illa bibliotheca haud dubie migravit, adhuc reperiatur necne, ali videant. Sylburgius in Catalogo mss. graecc. bibl. Palat. (Monumm. — virorum — illustrium selecta. Francof. ad M. 1701. 40) p. 123 eum codicem ita consignat: »392. Aristidis Quintiliani Musica, in quibus et de Rhythmo seu Numero metrico. De Metris et pedibus. fol.« unde quispiam suspicetur, illum codicem tantummodo librum primum continuuisse. — Aristidis codex Barberinus, ex quo Allatius nonnulla in usum Meibomii descriptsit (v. nostram Introd. litt. ann. 28), videtur esse is, qui notatur numero 270 et a Bellermanno in Anonymi scriptio de musica cet. (Berol. 1841) p. 1, ut a Marquardo l. c. p. XXVI sq., commemoratur. — Farnesianum Aristidis codicem ms. voco, quem olim in bibliotheca Cardinalis S. Angioli fuisse testatur Vinc. Galileus in Praefatione Dialogi de musica antiqua et hodierna, italice scripti (Flor. 1581); commemoratur enim ibi tamquam in illa bibliotheca repertus uno libro antichissimo in penna, della Musica d'Aristide Quintiliano e di Briennio.« Vide Bellermann.: Die Hymnen des Dionysius u. Messomedes — (Berol. 1840) p. 7, qui bibliothecam Cardinalis S. Angioli in Farnesianam migrasse ex Fabricii Bibl. gr. ed. Harles. t. 3. p. 653 refert. Quo autem recentiores fere sunt Aristidis codices mss., eo magis investigandus est antiquissimus ille codex, cuius mentionem Galileus

Aristides Quintilianus.

fecit; nam quominus cum Driebergio mentionem illam pro ementita habeamus (vid. Bellermann. l. c. p. 28), vetat illud, quod notae musicae, Hymnis Dionysii et Mesomedis, ut Galileus refert, in codice illo superscriptae, etiam in aliis Musicorum graecorum codicibus, licet varie, iisdem in Hymnis consignatae reperiuntur. Vid. Bellermann. l. c. p. 8 sqq. — Neapoli tres exstant Aristidis codices mss. chartacei, notati numeris CCLIX, CCLXII et CCLXIII, testante Salvatore Cyrillo: Codices graeci mss. regiae bibliothecae Borbonicae — (Neap. 1832) t. 2 pp. 339. 347. 348, qui duo priores seculo XV, tertium seculo XV inclinanti vel potius sec. XVI assignant. Codicem CCLIX ita describit Cyrillus t. II p. 339: »chart. in fol<sup>o</sup>. habens 219 folia, inter quae nonnulla folia membranacea interiecta conspiciuntur, descriptus sec. XV, exhibet schemata et figuras ad res, quae in opere pertractantur, pertinentes.« (Codex subscriptitur: Θεοῦ δῶρον κατ πόνος ταπεινοῦ Πέτρου, de quo scriba Dr. A. Goellinus de Tiefenau se aliunde nihil compertum habere mihi scriptis. Petrus quidam scriba codicem Paris. 2458, cui praeter alia Aristides Quintilianus inest, subscripsit, adiecta notatione anni 1544; v. Bellermann l. c. p. 8 sqq.) Conferatur Bellermannus l. c. p. 9 et in Anonymi scriptione de musica cet. p. 1; idem V. D. hisce codicibus, ut aliis inferius commemoratis, ad constituenda diagrammata apud Aristidem exposita usus est in hac scriptione: Die Tonleiter und Musiknoten d. Griech. (Berol. 1847), ubi v. pp. 61. 77. — De Aristidis codice Riccardiano ita refert Lamius Catal. manuscriptorum in bibliotheca Riccardiana p. 41: »Aristides Quintilianus De musica. Graece<sup>(1)</sup>. K. II. Codex chartaceus in fol<sup>o</sup>. num. II<sup>(1)</sup> Titulus: Ἀριστίδου [sic] τοῦ Κοιντιλιανοῦ περὶ μουσικῆς. Initium: Τόδε κατὰ τοῦτο χ. τ. λ. [videtur esse initium libri II: Τὸ δὲ μετὰ τοῦτο cet., quod si ita se habet, ordo librorum in codice turbatus est.] Codex scriptus ut videtur saeculo XV.« Hic codex, de quo cf. Additamenta nostra, non videtur idem esse atque ille, cui Aristoxeni Harmonica insunt; v. Marquard. l. c. p. XXV sq. Ceterum in Bandinii Catalogo codd. mss. Laurentianae Aristides manuscriptus non comparet. — Ab Iac. Phil. Tomasino in opere sic inscripto: Bibliothecae Patavinae manuscriptae publicae et privatae (Utini 1639. 40) p. 115 in voluminibus, quae olim Nicol. Trivisanus, medicus, a Matthaeo Macino, philosopho sua aetate celeberrimo, habuerit et quae nunc apud virum nobilem Hectorem nepotem in aedibus elegantissimis in vico S. Bernardini videantur, commemoratur: »Aristides Quintilianus de musica. f. ch. superiori similis.« Praecedit autem hoc volumen: »Claudii Ptolemaei Harmonica. Codex integer, elegantissime scriptus. In ch. bomb. f<sup>o</sup>.« De fatis illius codicis, et an adhuc quoque loco existat, inquirant alii.

7. Coxeus Catal. codicum mss. bibliothecae Bodleianae, Vol. I p. 670: »Codicum miscell. 85. Cod. chartaceus in fol<sup>o</sup>. sec. XVI«; ibid. p. 779: »Codd. miscell. 225. Cod. chart. f<sup>o</sup>. sec. XVI ineuntis«; ibid. p. 876 mentio fit codicis chart. 4<sup>o</sup>, quo continetur Notitia Langbainii de Ari-

stide Quintiliano; v. annot. 1 ad Coroll. Introd. litt. Praeterea in Bodleiana exstat exemplar Collectionis Meibomianae Musicorum graecorum, in quo A. Neubauerus, humanissimus Subbibliothecharius, notas marginales ad Aristid. Quintil. inesse mihi tale exemplar anquirenti sic perscripsit: »Dans l'exemplaire de Meibom 1652 marqué dans notre Catalogue Auct. S. VIII. 10. il y a des notes marginales: 1<sup>o</sup> en rouge des variantes tirées des MSS.; 2<sup>o</sup> des conjectures assez nombreuses de l'éditeur dans le texte grec; 3<sup>o</sup> des corrections de la traduction latine.« Specimen harum notarum (ad p. 5 Meib.) Bywaterus, V. Cl., Bodleianaæ Praefectus, pro summa sua liberalitate mihi transmisit, et spes est fore, ut quantivis pretiis copiis illis in perficiendo Commentario uti possim. Codicibus mas. Bodleianaæ adde codicem Magdalensem, i. e. bibliothecæ Collegii Oxoniensis, quod Magdalensem vocatur; v. Introd. ann. 27. — Codicibus Oxoniensibus adiungamus Londinensem, i. e. eum qui exstat in Museo Britannico et continetur volumine, cuius in dorso haec impressa leguntur: »Bryennii Harmonica. Aristides de Musica. Prolegomena in Hephaest. Theocriti Bucolica. Graece. Cod. Sec. XV. Mus. Brit. Bibl. Harl. 5691. Pl. LXVIII. e.« id quod me edocuit vir humanissimus Stilon Henningius, Rev. Pastor Londinensis, parent meus, qui me specimine codicis illius donavit, descriptis iis quae p. 5 Meib. continentur.

8. E. Millerus in Catalogo librorum mss. graecorum bibliothecæ Scorialensis (Paris 1848. 4<sup>o</sup>) pp. 69. 72. 191. 295 quatuor indicat codices mss., in quibus Aristides noster exstat: sunt a Millero notati numeris 72. 75. 250. 351, chartacei et sec. XVI. De cod. 351 C. E. Ruelleus in Relationibus de missione litterarum et philologiae causa in Hispaniam suscepta (Archives des missions scientifiques et littéraires — Sér. III t. II, 2) p. 523 singillatim ita refert: »Manuscrit grec de l'Escurial X. I. 12. (Voir le Catalogue de Mr. Miller no. 351.) 1<sup>o</sup> Aristide Quintilien, sur la musique. cet. (Sequuntur Man. Bryenn. Harm., Pseudo-Euclid. Introd. harm., Aristoxen. Elem. harm., Alyp. Introd. mus., Gaudent. Introd. harm., Nicomach. Man. harm., Claud. Ptolem. Harm., Porphyr. Comm. in Ptolem. Harm.) Deinde idem ita pergit: »Très beau volume provenant de la bibliothèque de don Diego Hurtado de Mendoza. 1<sup>o</sup>. Fol. 1 r. à 56 r. Aristide Quintilien, sur la musique.« Porro p. 524, exhibito specimine discrepantiae lectio-num eius codicis, in quibus apparet τοῦ, in inscriptione ante Κοντελεανὸν additum (v. nostram Introd. ann. 23), Ruelleus haec adiicit: »Il ressort de ces observations que, dans notre manuscrit, le texte d'Aristide Quintilien se rapproche des Oxoniens, et plus encore de ceux de Paris, qu'il se sépare aussi quelques fois des premiers, et qu'enfin il donne généralement les meilleures variantes. Toutefois je doute que la collation complète en soit vraiment fructueuse.« Ceterum cf. Bellermann.: Die Tonleitern cet. p. 61. — Codicibus Scorialensibus adiungamus Madritensem, de quo Ruelleus l. c. p. 564 sic refert: »Manuscrit grec O. 35 de la Bibliothèque Nationale de Madrid. 1<sup>o</sup>. Claude Ptolémée, Har-

moniques. — 2<sup>o</sup>. Porphyre, *Commentaire sur les Harmoniques de Ptolémée*. — 3<sup>o</sup>. Aristide Quintilien, *sur la musique*. cet. (Se-  
quuntur Aristox. Elem. harm., Nicomach. Man. harm., Man. Bryenn. Harm., Cl. Ptolem. Harm.) Ce volume, écrit au XVI<sup>e</sup> siècle sur papier in-folio, est composé de plusieurs traités relatifs à la musique —. « Deinde idem, expositis iis quae ad numeros 1 et 2 pertinent, p. 565 haec scribit: »3<sup>o</sup>. Fol. 200 r. à 259 v. Aristide Quintilien, *sur la musique*. Cette copie est exécutée avec soin; la ponctuation est assez correcte, ce qui est, comme on sait, de la plus grande rareté dans les manuscrits. Je n'ai relevé que les variantes qui se rapportent aux deux premiers diagrammes (ed. de Meyb. p. 15 et 22). Ces relevés, dont je vais reproduire la partie importante [v. Ruell. p. 566. 567 et p. 608] font voir que l'exemplaire de Madrid se rapproche assez des manuscrits de Paris cités par Meybaum, mais que la disposition des notes musicales grecques, dans cet exemplaire, est beaucoup plus admissible que celle des cinq manuscrits que Meybaum avait à sa disposition. (Cf. Meyb. in Arist. Quint. p. 224). Denique Ruelleus haec adicit: »Les variantes relevées en quelques passages du texte grec proprement dit m'ont permis de reconnaître que cet exemplaire d'Aristide Quintilien est une bonne copie appartenant à la famille oxoniennes, ainsi que le beau manuscrit de Paris n°. 3460.«

9. De codice Scaligerano sive Leidensi v. Introd. litt. ann. 26. Notatur n°. 47, v. Ruell. l. c. p. 518 ann. 1; Marquard. l. c. p. XXXII: »ein junger Papiercodex — des XVI. Jahrhunderts ohne alle Bedeutung.« Conf. Bellermann.: Die Hymnen des Dionys. und Meso-  
med. p. 9.

10. De hoc altero, quem Harlesius commemorat, Aristidis codice Leidensi mihi aliunde nil comptum est.

11. In bibliotheca regia Monacensi (olim electoralii Bavaria) tres existant Aristides codices mss., teste Hardtio Catal. codd. mss. graec. bibliothecae regiae Bavar. (Monach. 1806 [1804] — 1812. 40.) I p. 551. II p. 418 sq. IV p. 299: videlicet Monac. 104 (olim bibl. elect. Bavar. cod. 175, de quo Harles. supra), Monac. 215 et Augustan. 418. Codicem Mon. 104 G. Krabingerus, de quo in Praefatione dixi, post collationem ab ipso factam ita descripsit: »Codex Monac. 104 chartaceus Saec. XVI in fol., maximam partem scriptus Venetiis a Franc. Cladio Cretensi, constans foliis 383, Aristidis Quintilianii de Musica Libros III foliis 55 prioribus continet. Praeter Aristidem insunt Manuelis Bryennii Harmonicorum L. III, Euclidis Introductio harmonica, eiusdem Sectio canonis, Aristoxeni Harmonicorum III, Alypiii Isagoge, Gaudentii philosophi Introductio harmonica, Nicomachi Geraseni Pythagorici musicae Enchiridium, quae omnia Cladii manus exaravit. Fol. 239 a leguntur haec: ἐνετίησαν ἐξεγράψῃ διὰ χειρὸς Φραγγίσκου Κλαδίου τοῦ χρητός, ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας αὐτῷ φῆν' νιβήν νοεμβρίου ὀγδόῃ φεύγοντος. δὲ γράφας ὡς ἀπὸ τῆς βίβλου. ἐμπλεον ἐλλαδικῶν χαρίτων βίβλον εἴ με καθέεῖης, |

γνοίης δν μουσέων εἴτονον ἀρμονίην, | φεῦ, δν βησσαρίων δ πολὺς μῆν,  
οίδας δν αὐδῶ, | πᾶσι χαρούμενην λεῖπε με μουσοπόλοις. | δσμενος ἀλλὰ  
δέχεν φίλε μουσῶν· τηδε γάρ αἰ | τερπωλήν κραδή γενόμενος κομίσῃ.  
Accedunt alia opuscula, partim philosopha, partim theologica, partim  
musica etc.« Cf. Caesar l. c. p. 37. Ex versiculis illis appareat, hanc Mu-  
sicorum graecorum collectionem a Bessarione institutam fuisse. Idem  
ille Krabingerus collationi codicis 215 hanc eius descriptionem adiunxit:  
»Cod. Monac. 215 item chartaceus, Saec. XV—XVI. in fol. min. ex-  
ratus, constat foliis 457. Aristidis Quintiliani Libri III continentur  
foliis 372—374 b. 359 c.—366 b. 383 a.—423 b.; nam foliorum ordo male  
turbatus in hoc cod. est Aristidem praemittunt Porphyrii de vita  
Plotini et ordine librorum ipsius libellus, Plotini Enneades, a Michaeli  
Lygizo eleganter scriptae, Claudi Ptolemaei de criteriis in harmonia  
L. III, Porphyrii in Ptolemaei Harmonica Commentarius, Anonymi de  
musica opusculum. Nostrum subsequuntur Anonymi de musica liber,  
introductio artis musicae Bacchii senioris, Dionysii Epigramma et tres  
Hymni.« Cf. Bellermannus: Die Hymnen des Dionys. u. Mesomed.  
p. 9 et Caesar l. c. p. 37 ann. 25. Codicem Augustan. 418 ita descri-  
bit Hardt. l. c. IV p. 299: »Chartaceus — in folio, titulis et initialibus  
miniatis, literis minutis et nitidis, manu Andreae Darmarii exaratus Saec.  
XVI — signatus p. 75 n. 4 [v. infra ann. 12] optime conservatus et in-  
scriptus: Ἀριστείδου τοῦ Κοντιλιανοῦ περὶ μουσικῆς. Init. Ἄει μὲν ἐμοὶ  
θαυμάζειν. Fin. μᾶζα καταθέσθαι πραγματείᾳ. Πόνος ἀνδρέου δαρμαρίου  
ἔτει ἀπὸ χῡ φρεδ δικτωθ. c. εἰληφε τέρμα.« (Subsequitur lo. Pediasimi  
synopsis de dimensione et partitione terrae.) Cf. Caesar l. c. p. 38.

12. Haec Harlesius ex A. Reiseri Indice manuscriptorum bibliothecae  
Augustanae (Aug. Vind. 1675. 4°) p. 75: »Plut. VII n. 4: Aristidis Quintiliani de Musica libri tres.« Codex dudum migravit in bibliothecam  
regiam Monacensem, ubi notatus est: »August. 418.« Vide supra  
annotata.

13. Ita Harlesius, quasi Aristides bis occurrat in codd. mss. biblio-  
thecae Guelferbytanæ; sed unus solus ibi exstat Aristidis codex, de quo  
F. A. Ebertus: Bibliothecæ Guelferbytanæ codices graeci et latini p. 141  
No. 740: »Quintiliani, Aristidis, περὶ μουσικῆς βιβλία γ'. Incip. Ἄει μὲν  
ἐμοὶ θαυμάζειν. — Chart. in folº. Sec. XV. (Gud. gr. 2).« Cf. Beller-  
mann.: Die Tonleitern cet. p. 61, Caesar l. c. p. 37. 38 et Westphal.  
l. c. p. X.

14. Tacet Harlesius de Aristidis codice ms., qui exstat in bibliotheca  
civitatis Hamburgensis. Eum Chr. Petersenius: Gesch. d. Hamburg.  
Stadtbibliothek (Hamb. 1838) p. 205 inter codices mss. Musicorum  
graecorum ibi asservatorum obiter sic commemorat: »Den Mathematikern  
lassen wir die Musiker folgen, von denen wir Manuel Bryennius, Gau-  
dentius, Bacchius, Aristides Quintilianus und einen Theil des  
Meibom'schen Apparats besitzen.« Nondum cognita hac notitia, quum  
ego a. 1878 Hamburgum profecturus illic sciscitatus essem, si forte in

bibliotheca civitatis Aristides manu scriptus extaret, ac deinde Hamburgum venissem, Arreyus de Dommer, eius bibliothecae Subpraefectus, V. D. edita Historia musices clarus, mihi Aristidis codicem a Petersenio indicatum perliberaliter obtulit inspiciendum. Quid? quod Dr. Mart. Islerus, V. Cl., eiusdem bibliothecae Praefectus humanissimus, mihi domum reverso eum codicem ulterius excutiendum officiosissime transmisit. Est autem ille codex, notatus No. 103, chartaceus, seculi XV exeuntis vel sec. XVI ineuntis, foliorum 367 formae quam vocant quartae. In interior parte obversi tegumenti superius agglutinata est scidula, litteris impressis haec indicans: »Ex Bibliotheca Hamburgensi Wolfiana.« (Wolfii nomen manu tremula inferius sic adscriptum »Wolf.«) Insequuntur haecce, partim Wolfii manu scripta: »1. Mannelis Bryennii Musica, graece, n. 1 p. 1—234; 2. Aristidis Quintiliani Musica n. 2 p. 235—367.« Sinistrorum manus recens adscripsit: N. 103. In medio a manu vetusta I. 15 atramento virido scriptum. Supremae paginae primae inscriptum: »Ex bibliotheca Samuelis Petiti.« Hinc satis patet, eum codicem, de quo in Commentario plura dicendi copia erit, neque ex Legato Holsteniano Hamburgum venisse, neque ex codice Vaticano descriptum esse. Pars apparatus Meibomii, de qua Petersenius l. c. loquitur, continetur ipsis illis Excerptis cet., ab Harlesio commemoratis, sed ab eodem minus accurate indicatis. Liber ms., de quo agitur, est formae octavae minoris; in dorso inscribitur »Meibomii Varia MSS. et inferioris: »Mus. Gr. I. 8.« In fronte primi folii puri: »Contenta vol. vide hic in fine«; in infima pagina prima conscripta: »NB. Ex Marci Meibomii Bibliotheca Ultraj. emi Z. C. ab Uffenbach. vid. Catal. Ms. Meib. num. 48.« qui numerus auctionarius in supremae paginae angulo sinistro comparet. In fronte postremi folii puri: »Marci Meibomii Collectanea gr. lat. varia de musica vet. autogr. in quibus continentur: I. Io. Meursii ad Aristoxenum, Nicomachum et Alypium notae p. 1—39. [Sunt Prolegomena et Notae editionis Meursii] II. Ex harmonicis Aristidis Quintiliani et Mich. Bryennii Item Gaudentii p. 1—56. III. Ex Ms. Biblioth. Leydens. discrepantes lectiones in Harm. Eucl. p. 57—61. IV. M. Meibomii notae variae de Musicis ex variis libris collectae p. 64—93 [immo 94; sed 92—94 numeris parent]. V. Quaedam alia annotata musica, insertis nonnullis aliis [de re navalii veterum cet.], p. 1—[32] usque ad fin. vol. [absque paginarum numeris; postremum fol. r. a manu rec. numero 145 notatum].« In fronte folii puri, quod paginam 1 seriei II. praecedat: »Ex Bibliotheca Marci Meibomii emi Z. C. ab Uffenbach. vid. Catal. Ms. Meib. hum. 29.« qui numerus auctionarius in supremi folii angulo sinistro comparet. Hunc librum ms., de quo plura in Commentario, mihi tam Hamburgi inspiciendum, quam domi excutiendum perliberaliter comisit supra laudatus Dr. M. Islerus. — Aristidis Quintiliani codicibus mss. hactenus indicatis, qui in Germaniae bibliothecis exstant, accedit Lipsiensis, quem A. G. Rob. Naumannus in Catalogo librorum mss. qui in bibliotheca Senatoria civitatis Lipsiensis asservantur (Grim. 1838. 40) p. 9 ita describit: »Cod. XXV. Codex chartaceus saeculo XV. scriptus,

rubris inscriptionibus et litteris initialibus, folior. 178. — Continentur haec — fol. 66a. — 108. b. Ἀριστείδου τοῦ Κοντιλιανοῦ περὶ μουσικῆς βιβλία γ.  
Praecedunt Euclid. Introd. harm. et Sect. can., Aristox. Elem. harm. L. III, Alyp. Introd. mus., Gaudent. Introd. harm., Nicom. Geras. Man.; inseguuntur Man. Bryenn. Harm. L. II. Conf. Bellermann.: Die Tonletern cet. p. 61 et Caesar l. c. p. 37. 38. — Vratislaviae Aristidem manu scriptum in bibliotheca Rehdigerana non exstare, rescivi a Frenzelio, V. D., Custode bibliothecae civitatis.

15. Lambecius l. c. (quem Nesselius l. c. sub. n<sup>o</sup>. 11 codd. philos. et philol. sequitur): »Undecimus codex manuscriptus philosophicus et philologicus graecus est chartaceus, antiquus et bonae notae in folio, constatque foliis quinquaginta sex et ad V. Cl. Sebastianum Ericium, ut ipse solita propriae manus inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo haec: Primo, et quidem fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 58 p. 1, Aristidis Quintilianni libri tres de Musica ad Eusebium et Florentium, amicos suos et familiares, quorum primus inscribitur atque incipit his verbis: Ἀριστείδου τοῦ Κοντιλιανοῦ περὶ μουσικῆς βιβλίον πρώτον. Αεὶ μὲν ἔμοι θαυμάζειν ἐπεισού, ὃ τιμώτατοί μοι ἔταιροι Εὐσέβεις καὶ Φλωρέντιε etc. Secundo: Iamblichi Chalcidensis ex Coele-Syria, philosophi Platonici, libri quatuor de Secta Pythagorica fol. 59 p. 1 — f. 251 p. 2. Tertio: Aristotelis liber de insecabilibus lineis f. 252 p. 1 — f. 256 p. 2. Cf. Bellermann. l. c. p. 61. Saepius a me laudatus Dr. Goeldlinus de Tiefenau, cuius benevolentiae, praeter collationem paginarum 5 et 163 Meib., larga specimina diagrammatum, figurarum et notarum marginalium huius codicis accepta refero, mihi scripsit, se ex eius charta et scriptura concludere, eum seculo XV, nec nisi fragmentum Iamblichi f. 146—251 in charta orientali et a manu multo antiquiore exaratum esse. Idem V. D. me certiorem fecit, Aristidem manu scriptum Pragae non existere.

16. De codicibus mss. Parisiensibus L. Sinnerus, de quo in Praefatione dixi, a. 1838 Parisiis haec ad me perscripsit: »Von Aristides Quintilianus sind eine grosse Anzahl von Mss. hier, so No. 2460, 2456, 2457, 2459, 2460, 2532, 2533, 2534 und 3027. Ich glaube, Codex 2455 ist der von Meibomius höchst oberflächlich benutzte Codex regius [v. infra].« Idem V. D. pleniorem huncce Indicem codicum Parisiensium, cui seculorum notatio partim adiecta est, postmodum mecum communicavit: »2455. Camillo Veneto, copie d'un Ms. de Venise; 2456. 16<sup>e</sup> S.; 2457. A. Verguè [sic] a. 1537; 2458. 16<sup>e</sup> S.; 2459. 16<sup>e</sup> S.; 2460. 16<sup>e</sup> S.; 2532. 15<sup>e</sup> S.; 2533 Il ne contient que des extraits du premier et 2<sup>e</sup> livre; 2534. des Extraits; 3027. des Extraits.« De codicibus 2458, 2460, 2532 cf. Bellermann.: Die Hymnen des Dionysius u. Mesomedes p. 8. 9 et in Anonymi scriptione de musica p. 1. Porro audias Ruelleum l. c. p. 523 sp. haec disputantem: »Parmi les notes inédites que M. Vincent a laissées et dont j'ai fait l'acquisition à la vente de sa bibliothèque, se trouve une collation des manuscrits d'Aristide Quintilien conservés à la Bibliothèque nationale. Ce sont les n<sup>o</sup>s 2458 (noté A par M. Vin-

cent), 2460 (B), 2532 (C), 2455 (D), 2456 (E), 2457 (F), 2459 (G), 20 du supplément grec, contenant *Excepta Bullialdi* (commencement de collation correspondant à la lettre H), et 2453 (I). « Ad quae idem V. D. haec annotat: » La comparaison que j'ai faite de cette collation avec les variantes communiquées à Meybaum par Saumaise montre clairement que le célèbre érudit français avait consulté plus particulièrement les manuscrits B, D, E, F, i. e. numeros 2460, 2455, 2456, 2457, quoram duo tantum priores a Salmasio examinatos putavit Fetisius; v. *Introd. litt. ann. 28*. De codice Paris. 2460 Ruelleus l. c. p. 567 honorificam mentionem facit occasione codicis Madrit. O. 35; v. *supra ann. 8*. (*Eundem codicem significare videtur Fetisius in Hist. gén. de la musique t. 3 p. 29 annot. 1*, ubi codicem 2450, quo Aristides non continentur, tamquam unum ex optimis eius codicibus laudat.) Quae Ruelleus commorat *Excepta Bullialdi*, reapse sunt eius *Excerpta*, testante ipso Ruelleo ad versionem francogallicam Aristoxeni Elementorum harmon. (Par. 1871) p. XVII annot. Omnes Aristidis codices mss. Parisienses L. Sinnerus a. 1837 cum Sypsono, docto Graeco Byzantio, mea gratia inspexit, si forte confirmarent certissimas emendationes meas, scribentis p. 163 m. Meib. *χάρη* pro *χάρει* (*χαρί* vel *χαρος* coni. Meib. Not. p. 337 b) et p. 163 inf. *τελευτή* pro *τελευτή*. (Posteriorem emendationem ab Hemsterhusio Not. et Emend. in Iambl. *Protrept.* [in Zimmermanni *Diar. antiquit. stud. a. 1840 col. 20*] occupatam eiusque auctoritate confirmatam postmodum vidi.) Sed, ut agnoscas, Aristidem mendis laborare, quorum ex libris mss. medela vix speranda est, cuncti codices Parisienses in mendis illis consentiunt, nisi quod in cod. 2459 littera *ū* in voce *τελευτή* lineola subducta notatur. Exemplari collectionis Meibomianae, quod Sinneri beneficio me possidere in Praefatione p. XI dixi, inest integra collatio codicis Paris. 2456 cum selectis variis lectionibus duorum aliorum codicum Parisiensium. Nuperrime autem, Aristidis contextu iam impresso, saepius a me laudatus V. D. Parisiensis, C. E. Ruelleus, Praefectus bibliothecae S. Genovevae, me, pro egregia sua generositate ac benevolentia, munere collationis Vincentianaæ supra indicatae beavit; qua quidem ex collatione amplius in Commentarium fructus criticus redundabit. Interim videoas Addimenta nostra.

17. Quod Harlesius Aristoxeni codicem Argentoratensem indicat, facit quidem C. E. Ruelleus: *Éléments harmoniques d'Aristoxène* — (Paris. 1871) p. XX perhonorificam mentionem de codice ms. Aristoxeni Elementorum harmonicorum, sibi a Prof. Reussnero, Conservatore bibliothecae seminarii Protestantum Argentoratensi, antehac submissio, idemque p. 122 specimen variarum lectionum codicis Argentoratensis profert. Sed hic codex, ut idem V. D. in *Archives des missions scientifiques Ser. III t. 2* (Par. 1875) p. 500 narrat, a. 1870 in flammis obsidionis Argentorati periit. Id. ibid. p. 518 eum codicem ita designat: »MS. du séminaire protestant de Strasbourg. C. III. 31.« Sive autem Aristides Quintilianus manu scriptus, de quo Harlesius mentionem facit, cum Aristoxeno

